FIG. 7-10. — 7 — Articulus 8^{us} antennarum ♀ *Dictyomyiae setubalensis* Tav. $\times 400$. 8 — Articulus 12^{us} antennarum ♂ *Dictyomyiae setubalensis* Tav. $\times 400$. 9 — Articulus in medio antennarum ♀ *Dictyomyiae navasinae* Tav. situs. $\times 400$. 10 — Articulus 19^{us} antennarum ♀ *Dictyomyiae navasinae* Tav. $\times 400$.

Pupa. — Exuviae 3,5 mm. longae, hyalinae in pedibus et abdome, in reliquo chitinosae et bruneae vel subbruneae. Non vidi stigma thoracale quod non eminet; stigmata abdominalia vix prominentia. Desiderantur omnes aculei et spinulae dorsales. Papillae dorsales et laterales seta brevi instructae. E papillis cervicalibus externa seta satis longa ornatur; interna inermis.

Larva incognita.

Haec species in cecidiis *Santolinae Chamaecyparissi* L. alitur (Est. 1, fig. 4, 5 e 6). Cecidia in villa del Salvador, prope Caesaraugustam, inventa sunt a cl. P. L. Navás, cuius nomen libens speciei imposui.

Cecidia. — Gommos laterais transformados em cecídias ovóides ou subcylíndricas — comprimento 10-14 mm. por 9-11 mm. de grossura — sésseis e cobertas de escamas ou fôlhas modificadas, imbricadas como as telhas de um beiral (Est. 1, fig. 4, 5 e 6), verdes, às vezes verde-brúneas na face exterior voltada para o sol, sendo as da base mais pequenas (2 mm. de largo por 1-3 mm. de comprimento), augmentando em tamanho para o ápice onde attingem um comprimento de 8 mm. por 3 de largo, e se expandem e curvam para fora ao modo de roseta. Sendo as fôlhas normais (até 10 mm. de comprimento) compostas de pequeninos folíolos dispostos aos pares de cada lado do râchis, segundo se vê no raminho da fig. 5, Est. 1, nas cecídias são do tipo simples e cobertas de felpa branca, assás comprida e mais densa nas do ápice, mórmamente na face superior ou ventral.

Um corte longitudinal mostra quási na base a cecidia interna (Est. 1, fig. 7) que se continua por um tubo aberto e dentado no tope, onde há um pincel de longos pêlos de alvura deslumbrante, os quais juntos aos das escamas fecham por completo o centro da roseta e impedem a entrada dos inimigos, podendo a imago, saída da cecidia interna, abrir fácil passagem ao correr do pelo. A cecidia interna está rodeada de um como tecido esponjoso, tem uns 2 mm. de grossura por 5 mm. de comprido incluindo o tubo, é de forma ovóide e formada de uma parede delgada — 0,5 mm. — e um tanto resistente. Na câmara larval que pode attingir um pouco mais de 1 mm. de largo, cria-se uma larva que aí mesmo se metamorphoseia, sendo a pupa de côr avermelhada. Durante a nymphose, seccam as escamas, de sorte que a cecidia nesta altura parece velha. A imago deixa as exúvias entre os pêlos da roseta. Apparecimento na 2.^a quinzena de abril e primeira de maio do 2.^º anno.

Cria-se esta espécie na *Santolina Chamaecyparissus* L. na quinta

del Salvador, a três kilómetros de Zaragoza. As cecídias foram encontradas e remetidas pelo R. P. Longinos Navás a quem neste lugar agradeço.

Pela descrição, parece que esta cecídia é diferente da que foi encontrada na mesma planta na ilha de Córsega e descripta por Massalongo (Nuovo Contributo alla Conoscenza dell' Entomocecidiologia italica. Seconda Comunicazione. Nuovo Giorn. bot. ital. Firenze, 1895, p. 55-56, n.º 38).

Dictyomyia setubalensis Tav.

(*Rhopalomyia setubalensis* Tav. in Marcellia, vol. 1, 1902, p. 98; *Misospatha setubalensis*, Kieffer, in Cecidomyidae, in Genera Insectorum, 1913, p. 46)

Longitudo corporis: ♂ 1,8 mm.; ♀ 2-2,5 mm.

♀ Abdomen rubrum, thorax et caput coloris lutei, praeter tres maculas longitudinales in mesonoto, majorem partem mesophragmatis, scutellum, verticem et latera capitidis coloris brunei vel sub-brunei; antennae et pedes albidi; ovipositor subluteus. Color ♂ ut ♀, si abdomen subbruneum excipias. Globi pilorum minutissimorum sculpturas in lateribus abdominis ♂ adumbrant. Duo primi antennarum articuli ♀♂ subbrunei. Nullae adsunt vittae neque squamæ in abdome.

Palpi breves, subclavati, uniarticulati, breviores et crassiores quam in *Dictyomyia navasina*, circiter sesquilongiores quam crassiores, aliquibus pilis longis instructi.

Oculi in vertice confluentes.

Antennae ♂ 2+14-articulatae (in Lusitania 2+15). Articuli 1-2 transversi, $\frac{1}{3}$ vel $\frac{1}{2}$ crassiores quam longiores. Articuli funiculi in *Perrisiis*, si monilia demas. Art. 3-4 coalescentes. Collum ubique longum, in art. 3-4 dimidium longitudinis articuli aequans, in 5-9 $\frac{2}{3}$, in 10-14 $\frac{1}{2}$ parum excedens, in 15° $\frac{1}{3}$ superans. Articuli funiculi subcylindrici, praeter ultimum subovatum, duplo longiore quam crassorem, sesquilongiores, aut $1\frac{2}{3}$ longiores quam crassiores, duplice verticillo setoso ornati, et duplice verticillo arcuato, sine reticulatione, saltem in unico ♂ a me visto in Hispania, cum speciminibus lusitanis anno 1910 spoliatus sim. Monile infernum plerumque incompletum et adpresso; supernum vero sem-

per completum. In specimine unico, ut dixi, nullam vidi reticulationem, sed quandam velut propensionem ad eam videbis in fig. 8, p. 29, ubi vitta longitudinalis valde oblique inseritur in monilibus, contra atque evenire mos est.

Antennae ♀ 2 + 13-, 2 + 14-, aut 2 + 15-articulatae. Art. 1-2 transversi. Articuli funiculi subcylindrici, 3-10 fere aequales, sesquiloniores vel $1\frac{2}{3}$ longiores quam crassiores, caeteri aliquanto breviores, fere duplo longiores quam crassiores, praeter duos ultimos fere semper plus minusve coalescentes. Ultimus subovatus. Articuli dupli circumornantur verticillo setoso, et monili superno qui extenditur et anastomosatur fere usque ad tertiam partem basalem articuli, efficiendo reticulationem valde laxam, ut fig. 7, p. 29, ostendit. Collum ubique breve, in art. 3-10 paulo crassius quam longius, in caeteris articulis gradatim brevius.

Alae hyalinae, sine squamis. Cubitus usque ad extremam alam perductus, vel statim post extremitatem desinens, ubi vena costalis vix interrupitur. Rami furcae parum conspicui. Pedes longi, squamis instructi. Unguiculi tarsorum simplices, satis curvi et magni, empodium aliquanto breviores. Pulvilli longi ut in *D. navasina*, per belle conspicui.

Ovipositor ut in *Perrisiis*, cavitate fere aequa crassa ac lata. Pili breves ubique patentes, et globi pilorum minutissimorum omnia in ovipositore contingunt. Articulus distalis forcipis brevis, curvus, crassus, crassior in tertia parte apicali. Lamellulae bilobae.

Pupa. — Exuviae hyalinae, praeter partem antican quae est plus minusve subbrunea vel brunea et chitinosa. Hic color multo minus extenditur quam in *D. navasina*. Papillae cervicales ut in *D. navasina*, at seta longior. Omnes aculei et spinulae dorsales desiderantur. Papillae laterales et dorsales seta brevissima instruuntur. Non vidi stigma thoracale, quod non eminet.

Larva. — Rubra, 1,7 mm. longa, minimis verrucis cingentibus tecta, sine spatula.

Cecidia. — Já fiz a descripção desta cecídia noutro lugar (Ann. de Sc. Nat., vol. vii, p. 105, n.º 232, 1901, Porto; Marcellia, vol. 1, p. 98, 1902; Brotéria, vol. iv, p. 97-98, 1905). Vou agora a descrever as cecídias como se criam na *Santolina Chamaecyparissus* L.

na quinta del Salvador, a 3 kilómetros de Zaragoza, donde mas enviou o R. P. Longinos Navás em abril de 1917.

São pequenas — 3-4 mm. de comprido por 1,3 mm. de grossura — verdes, vestidas de uma pubescência verde curtíssima, subcylíndricas (Est. 1, fig. 8) ou mesmo subcónicas (Est. 1, fig. 9), geralmente um tanto mais grossas nas duas extremidades donde vão adelgaçando para o meio, ligeiramente canneladas na metade basal, às vezes um tanto achatadas na metade superior, como que formadas de duas láminas ou fôlhas próximas que se soldaram pelas margens em toda a extensão, ficando livres na ponta da cecídia os dois ápices com a forma de pequeníssimas eminências. Às vezes vêem-se-lhe, contudo, à superficie, perto da base, restos de fôlhas, o que parece demonstrar que é um gommo ou raminho transformado. Em Setúbal, as cecídias despontam só à superficie das fôlhas da *Santolina rosmarinifolia* L. e nesse caso não podem ser transformações de gommos. As cecídias que me enviaram de Zaragoza estavam todas inseridas nos lados dos raminhos, quer na axilla das fôlhas cujos gommos se desenvolvem normalmente como se lá não estiveram as cecídias, quer em pontos afastados das fôlhas, o que é mais raro, curvando-se os raminhos nesses pontos, visto crescerem menos do lado (Est. 1, fig. 9) onde está pegada a cecídia que suga a seiva nutritiva.

A câmara larval corre em todo o comprimento da cecídia, sendo mais larga inferiormente — cerca de 0,6 mm. de largura — estreita-se em seguida, para de novo se alargar superiormente, o que mostra que esta cavidade larval reproduz a forma da cecídia.

A parede da cecídia é verde e sublenhosa, sendo a superficie interna da câmara larval lisa e semibrilhante.

Na câmara cria-se uma só larva que aí mesmo se metamorfoseia. Durante a nymphose, o tope da cecídia entreabre-se histologicamente, por uma fenda cujos lábios são finamente dentados, como se foram duas láminas cujos dentes se separassem, depois de se haverem engranzado e soldado. No orifício deixa a imago as exúvias. App. na 2.^a quinzena de abril do 2.^º anno.

PORTUGAL: Setúbal, na *Santolina rosmarinifolia* L.

HESPAÑA: Quinta del Salvador perto de Zaragoza, na *Santolina Chamaecyparissus* L.

Navasia Tav., nov. gen.

♀ Palpi uniarticulati. Antennae mediae longitudinis ($2+13$ - vel $2+14$ -articulatae in unica specie); articuli funiculi reticulatione irregulari insigniti (Lam. II, fig. 10). Unguiculi tridentati (Lam. II, fig. 8), aliquanto empodio breviores. Ovipositor ut in Perrisiis. Squamae in halteribus tantum et in pedibus prostant.

Exuviae hyalinae, thorace bruneo, antennarum vagina subbrunea. Aculeus cervicalis longus, bidentatus (Lam. II, fig. 7), unoquoque dente seta satis longa instructo. Spinulae dorsales desiderantur. Seta cervicalis minima. Setae dorsales et laterales breves. Stigma thoracale parum prominet.

Hoc genus reticulatione articulorum funiculi ♀ ad *Rhopalomyias*, *Dictyomyias* et *Arceuthomyias* accedit; unguiculis vero tridentatis ab omnibus *Oligotrophariis*, si *Guarephila* demas, bene discriminatur. Aculeus cervicalis singularis formae illud quoque ab omnibus *Oligotrophariis* mihi cognitis secernit.

Typus est sequens nova species.

Cecidiorum collectori, R. P. Longino Navás, optimo amico, lubenti animo hoc genus dicavi.

Navasia santolinae Tav., nov. sp.

Longitudo corporis: ♀ 2-3 mm.

♀ Rubra, mesonotum bruneum, pedes et antennae subrubri coloris. In tergitis abdominis vittae adsunt bruneae transversae.

Palpi uniarticulati, fere in modum clavae conformati, breves, $1\frac{1}{2}$ longiores quam crassiores, plerumque seta instructi, quae longior ipso palpo est.

Antennae $2+13$ -, vel $2+14$ -articulatae, articulis omnibus funiculi collo brevi instructis, praeter ultimos duos plus minusve coalescentes. Articuli 1-2 transversi, 2^{us} globosus; art. funiculi subcylindrici, reticulatione variabili (Lam. II, fig. 10) instructi, quandoque non adpressa, sed alta, arcum formans, uti in apice articuli in eadem figura adumbratum conspicies. Verticilli setosj distalis loco, setas validas videbis sparsas, in parte basali incurvas. Articuli 3-4 coalescent. Articuli primo $1\frac{3}{4}$, dein $1\frac{2}{3}$, $1\frac{1}{2}$, tandem $1\frac{2}{3}$ lon-

giiores quam crassiores. Ultimus omnium longissimus, fere triplo longior quam crassior, $1\frac{1}{2}$ praecedente longior. Collum ubique conspicuum, si ultimos duos tresve excipias articulos, ubi desideratur. Ubi longius sese protendit — art. 5-7 — $\frac{1}{3}$ vel $\frac{1}{4}$ longitudinis articuli aequat.

Oculi in vertice late confluentes.

Ala sine squamis. Cubitus ferme rectus (Lam. II, fig. 6) pene evanescit parum antequam oram attingat fere in extrema ala, vena costali ibi non interrupta. In vena posticali ramus furcae superpus desideratur, imo etiam fere totus ramus infernus.

Mesonotum satis pilosus. Squamae non adsunt nisi in halteribus et pedibus (hic pilis admixtae).

Unguiculi tarsorum magni, dupli dente parvo fere in basi instructi (Lam. II, fig. 8). Hos vero dentes incurvos et contiguos prima fronte non videbis, quia pilis pulvillorum plerumque contiguntur. Dens posticus quandoque minimus. Empodium unguiculos aliquantum superat. Longitudo comparata partium pedis haec est, si a femore incipias et si ut unitatem metatarsum habeas:

Pedes antici ♀ — 8,4 : 9,7 : 1 : 6,5 : 2,8 : 1,5 : 1.

Pedes medii ♀ — 8,3 : 8,6 : 1 : 6 : 3 : 1,5 : 0,8.

Pedes postici ♀ — 9 : 10 : 1 : 6,2 : 3,5 : 2,3 : 1,1.

Unde patet tibiam femore longiorem esse, ac longe 1^{um} tarsorum articulum superare. Metatarsus 4^{um} tarsorum articulum fere aequat.

Ovipositor satis protractilis globis pilorum minutissimorum instruitur. Cavitas extrema 2¹ somiti fere 1 $\frac{1}{2}$ longior quam latior; lamella inferna (Lam. II, fig. 9) optime conspicitur.

♂ et larva incogniti.

Larva in cecidiis *Santolinae Chamaecyparissus* L. solitaria alitur, ibique metamorphosim peragit; imago mensibus aprilie et maiio (forsitan etiam ocius) anno secundo prodit. Cecidia apud Pastriz, non longe a Caesaraugusta, inventa mihiique a R. P. L. Navás missa.

Pupa. — Exuviae hyalinae, thorax supra bruneus, infra subbruneus, vagina antennarum subbrunea; aculeus cervicalis unicus,

bidentatus in apice (Lam. II, fig. 7). In unoquoque dente (aa') lateraliter setam satis longam (bb') videbis. E papillis cervicalibus interna tantum seta valde brevi instruitur. Stigma thoracale non plus quam abdominalia prominet. Papillis lateralibus et dorsalibus brevis seta imponitur. Spinulae dorsales desiderantur. Verrucae abdominales minimae et parum frequentes, in tergitis tantum in medietate basali prostare videntur, in sternitis vero totam superficiem occupant. In antennarum vaginae basi eminentiam conicam minimam conspicias (Lam. II, fig. 7, cc'). Aculeus cervicalis facile in basi frangitur et decidit, unde fieri optime potest, ut quis sibi persuadeat aculeum istum desiderari in pupa, cum casu cederit.

Cecidia. — Gommos laterais ordinariamente reunidos em grande abundância em volta de um raminho, formando um conjunto globoso ou sem forma determinada. Às vezes encontram-se cecídias insuladas (comprimento 4-5 mm. por quase 2 mm. de grossura), constituidas por gommos cobertos de fôlhas imbricadas e vestidas de felpa branca, mais ou menos abundante. O eixo dêste gommo, desde a parte inferior até à superior, é ocupado pela cecídia interna, mais ou menos cilíndrica (comprimento 4-5 mm. por 1. de largo), de parede lenhosa, com umas três décimas de milímetro de grossura. Superiormente, as mais das vezes vê-se o ápice da cecídia, ao modo de verruga, no meio de uma felpa branca abundante. No tempo da maturação, abre-se a cecídia no alto, ao que parece partindo-se o ápice longitudinalmente, ficando as divisões reflectidas para fora, como na cecídia da *Dictyomyia setubalensis* Tav. Disse *parece*, porque não me pude assegurar bem desta particularidade, que aliás tornaria inútil o acúleo cefálico da pupa, tão singular e tão robusto. Quase todas as cecídias que me enviou o R. P. Navás nos primeiros dias de maio de 1918 vinham já vazias, e por isso não obtive senão poucos exemplares ♀. Vê-se, portanto, que a imago deve sair em abril ou mesmo antes. Larva única; metamorfose nas cecídias. Estas foram encontradas pelo R. P. L. Navás em Pastriz (Zaragoza), na *Santolina Chamaecyparissus* L.

Blastomyia origani Tav.

(*Oligotrophus origani* Tav. in Ann. de Scienc. Nat., vol. vii, p. 66, Porto, 1901;
Brotéria, vol. i, 1902, p. 45, n.º 325)

Longitudo corporis: ♂ 1,5-2 mm.; ♀ 2 mm.

♂ Subrubri vel subrubro-lutei; antennae et pedes subbrunei; vertex, mesonotum, mesophragma, sternopleurae, fasciae latae transversae tergitorum abdominis, squamosae, oblique in extrematibus sectae, aliquando puncto albido notatae, fasciae breves sternitorum abdominis, quandoque in ♂ duplices et angustae, fascia brevis longitudinalis in basi 1^o tergiti ovipositoris, 1^o articulus forcipis, coloris brunei. 2^o ovipositoris somitum albidum.

Palpi valde parce squamosi, 3-articulati, praeter palpigerum bene conspicuum, qui ut articulus haberi potest. Plerumque art. 2-3 inter se coalescent, quin saepe ullam contractionem conspicias inter duos articulos, quorum primus 2 $\frac{2}{3}$, 2^o septies longior quam crassior.

Squamás in vertice (sub verticis nomine *occiput* etiam intelligo, ut nunc mos est), alis, halteribus, abdome et pedibus et etiam in palpis invenies. Oculi superne confluunt, ubi dimidium latitudinis basalis non aequant, ideoque virgulam inversam imitantur.

Antennae ♂ 2+13-articulatae, ut in *Perrisiis* conformatae. In ♂ art. 1^o 1 $\frac{1}{3}$ longior quam crassior; 2^o transversus. Art. funiculi subcylindrici, 3-10 fere aequales, circiter 2 $\frac{2}{3}$ longiores quam crassiores; 11-14 aliquanto breviores et satis graciliores praecedentibus, fere duplo longiores quam crassiores; ultimus penultimo vix longior, vel 1 $\frac{1}{2}$ longior (in hoc casu 2 $\frac{1}{2}$ longior quam crassior). Collum in art. 3-4 1 $\frac{1}{3}$ longitudinis articuli superans, in sequentibus 1 $\frac{1}{2}$ attingens vel superans, in art. 14^o 1 $\frac{1}{2}$ vel 1 $\frac{1}{3}$ non aequans, quandoque desideratur, quia duo ultimi articuli coalescent. In ♀ art. 1^o fere sesquialongior quam crassior, 2^o paulo longior quam crassior. Articuli funiculi subcylindrici, collo ubique brevissimo instructi; 3-10 fere aequales; 11-14 aliquanto breviores et graciliores quam praecedentes; omnes aliquanto minus quam duplo longiores quam crassiores, si ultimum excipias duplo longorem quam crassorem et longitudinem 3^o aequantem.

Alae hyalinae, in ora antica et in radio paucis squamis setis

mixtis instructae. Cubitus, aliquantum curvus in 3^a parte distali, paulo ante extremam alam desinit, vena costali ibi interrupta (¹). Ramus supernus surcae parum incurvus ipsam venam seu pedunculum continuare videtur; ramus infernus valde obliquus et parum curvus.

Tarsorum unguiculi simplices, empodium vix aequantes. Pullilli belle conspicui 3^{am} partem basalem unguiculorum aequant. Longitudo comparata partium pedis, cum ut unitas metatarsus habetur, haec est, a semore incipiendo:

Pedes antici	$\delta - 8:8,7:1:6:3:1,9:1,3.$
	$\varphi - 6,5:7,6:1:4,5:2,9:1,9:1,3.$
Pedes medii	$\delta - 8:8,5:1:5:2,7.$
	$\varphi - 6,5:7,5:1:4:2,9:1,9:1,2.$
Pedes postici	$\delta - 9,4:10:1:8,4:4,3:2,4:1,5.$
	$\varphi - 7,3:7,4:1:6:3,1:2:1,2.$

In foemina metatarsus paulo longior quam in mari est. Ejus pedes longitudinem pedum maris non aequant. Tibia in utroque sexu aliquanto longior est semore, et satis longior primo tarsorum articulo.

Ovipositor ut in *Perrisiis* constructus; cavitas fere ter longior est quam latior. Art. distalis forcipis conicus, haud crassus, pube et aliquibus pilis ornatus. Lamellula superna (Lam. v, fig. 16) profunde in duos lobulos obtusos divisa; inferna multo angustior et aliquanto longior quam superna, parum profunde divisa in duos lobulos subobtusos.

Pupa. — Exuviae hyalinae, 1,7-2 mm. longae. Stigmata thoracalia haud valde longa, 6,5 longiora quam crassiora in basi, lutea; stigmata abdominalia aliquanto longiora quam mos est, conica, lutea, longiora quam crassiora in basi. Seta cervicalis externa longa, fere duplo longior stigmate thoracali; interna nulla. Spinulae dor-

(¹) Vena costalis plerumque interrupitur in loco ubi cubitus desinit, quia curvatur et in ipsum cubitum confluit. Post parvam interruptionem, vena costalis denuo assurgit et oram circumdare pergit. Haec est regula generalis in pluribus cecidomyis.

sales parvae, paulo maiores verrucis abdominalibus, sed bene distinctae, simplices, luteae, quartam tantum partem anticam tergitorum ad summum occupant. Vagina pedum posticorum $\frac{2}{3}$ longitudinis 6' sterniti, vagina mediorum $\frac{2}{3}$ sterniti 5' superat; vagina vero anticum $\frac{1}{3}$, 5' sterniti vix attingit. Aculei cervicales minimi, mammiformes, apice subnigro; alii aculei desiderantur. Setae dorsales valde breves adsunt; laterales non vidi, sed probabiliter non desunt.

Larva. — Rubra, 2 mm. longa, verrucis cingentibus tecta; quae quidem verrucae cingentes vix a verrucis spiniformibus sternitorum discriminantur. Papillae dorsales, laterales, terminales, pleurales externae in sternitis 2-3. thoracis, ventrales posticae ubique, et ventrales anticae ultimi sterniti abdominalis seta instructae; caeterae papillae inermes.

Spatula lutea, longa, profunde incisa in duos lobulos subobtusos.

Cecidia. — Eis a descrição que dei na minha *Synopse* (Broteria, vol. iv, 1905, p. 38).

«Gommos axillares transformados em cecidias verdes, mais ou menos ovais (Est. 1, fig. 8), compostas de folhas imbricadas e com a margem e face superior cobertas de longos pelos brancos. Comprimento 15 mm.; grossura 10 mm. e mais. As larvas vermelhas vivem em sociedade na pagina superior das folhas (sem cecidia interna) e ahi mesmo se metamorphoseiam num casulo branco. App. desde fevereiro a outubro do 1.º a. Quando o cecidozoide sae, os gommos começam a desenvolver-se, crescendo os ramos e ficando patentes as folhas da cecidia». O insecto cria-se, portanto, numa série de gerações durante toda a primavera, verão e outono. As cecídias de que sairam os exemplares que serviram para esta descrição foram-me amigavelmente remettidas de Setúbal pelo Sr. Luiz Gonzaga do Nascimento, em 1918, saindo a imago em junho.

No *Origanum virens* Hoffg. Lk.

PORTUGAL: Setúbal, onde existe abundantemente.

Annotatio. — Cum prima vice descriptionem pupae feci (l. c.), spinulas dorsales nullas credidi, quamvis clare dixerim in parte antica tergitorum

verrucas abdominales mayores prostare. Jam vero, nunc melius inspiciendo indubium mihi est, eas verrucas mayores nihil aliud esse quam spinulas dorsales.

Ex dictis in descriptione hujus speciei, patet genus *Blastomyia* prae-
sertim notis larvae et pupae a gen. *Oligotropho* discriminari. Imago gen.
Blastomyiae art. 3-4 antennarum coalescentes habet ac squamas in ala; cu-
bitus tantillum ante extremam alam desinit, et empodium vix longius
est unguiculis; in *Oligotropho* autem, teste cl. Kieffer (1), art. 3-4 non
coalescunt, squamae alarum desiderantur, cubitus in extrema ala desinit, et
empodium duplo unguiculos excedit. Pupa in *Blastomyia* spinulas dorsales
ostendit, longas setas cervicales et stigmata thoracalia etiam longa; in *Oli-
gotropho*, secundum cl. Kieffer, spinulae dorsales desiderantur, stigmata
thoracalia aequae sunt longa atque crassa, et setae cervicales sunt duae mi-
nima, aequales — interna et externa. In larva *Oligotrophi*, secundum cl.
Kieffer, spatula desideratur et papillae sunt inermes, praeter dorsales,
laterales et terminales, quae seta minima gaudent, quod non accidit in lar-
vis *Blastomyiae*, quae spatulam magnam habent, et praeter papillas dorsa-
les, laterales, terminales, pleurales externas in sternitis thoracis 2-3, ven-
trales posticas et 4 ventrales ultimi sterniti seta valida instructas.

His positis, credo me genus *Blastomyia* ita describere posse:

Genus *Blastomyia* Kieffer

(Kieffer in *Cecidomyidae*, in Genera Insectorum, 1913, p. 54)

Imago. — Palpi 3-articulati, praeter palpigerum conspicuum,
articulis 2-3 saepe coalescentibus; antennae et ovipositor ut in Perrisiis
constructi, praeter articulorum numerum, qui in unica specie est 15;
alarum ora antica et radius squamis pilis mixtis ornati; cubitus
tantillum ante extremam alam desinens; pedes squamosi; unguiculi
tarsorum simplices, paulo breviores empodio; art. apicalis forcipis
conicus, pubescens, paucis pilis insignitus; lamellula superna pro-
funde in duos lobulos obtusos divisa (Lam. V, fig. 16), inferna quam
superna paulo longior et multo angustior, fere arcuatim in duos lo-
bulos subobtusos incisa.

Pupa. — Exuviae hyalinae; spinulae dorsales parvae quidem
sed distinctae; seta cervicalis valde longa, fere duplo longior sti-
gmate sexies cum dimidio longiore quam crassiore in basi; setae
laterales adsunt; aculei nulli, praeter cervicales mammiformes mi-
nimos.

(1) Nullam speciem gen. *Oligotrophi* in mea nova collectione habeo.

Larva. — *Verrucis cingentibus tecta; spatula adest; papillae dorsales, laterales, terminales, pleurales externae in sternitis 2-3 thoracis, ventrales posticæ ubique, ac ventrales anticae ultimi sterniti valida seta instruuntur; caeteræ papillæ inermes.*

Typus est *Blastomyia origani* Tav. cujus larvae gregatim in cecidiis ovatis *Origani virentis* Hßg. Lk. inter folia degunt, ibique metamorphosim peragunt, per successivas generationes, a mense februario ad octobrem usque.

Geocrypta hypericina Tav., nov. sp.

Longitudo corporis: ♂ 1,5 mm.; ♀ 1,5-2 mm.

♂♀ Coloris subrubro-lutei, in ♀ abdomen rubrum vel subrubrum; mesonotum, vitta transversa in parte postica mesophragmatis, fasciae transversae in tergitis abdominis, squamis ornatae, lineae duplices in unoquoque sternito abdominis, pars superna scutelli, sternopleurae ac vertex coloris brunei; antennae, pedes et forceps subbrunei coloris.

Palpi longi, squamosi, 4-articulati, praeter palpigerum conspicuum; articulis longitudine a primo ad quartum crescentibus (Lam. III, fig. 4 et 6). Art. 1^{us} fere duplo longior quam crassior; 2^{us}, omnium crassissimus, aliquanto plusquam duplo; 3^{us} circiter triplo; 4^{us} ferme quater longior quam crassior; 4^{us} art. ♀ nihil vel fere nihil coarctatus in basi, in ♂ vero aliquantum angustatus in tertia parte basali ex una parte (Lam. III, fig. 4), vel undique (Lam. III, fig. 5).

Antennae ♂ 2+12-articulatae. Art. scapi paulo longiores quam crassiores. Art. funiculi subcylindrici et ex uno latere prominentiores sicut in *Perrisiis*, ornati dupli verticillo setoso, quorum distalis plusquam uno ordine setarum constat (Lam. III, fig. 3); inter setas alias videbis angulum rectum cum axi articuli efficiens; etiam circumdantur monili in tertia parte basali et tantum semimonili in apice partis eminentioris; dupli vitta longitudinaliter conjunguntur monilia et semimonilia, ut in *Perrisiis* fieri solet. Crassitudo articulorum 1 $\frac{1}{3}$ vel 1 $\frac{1}{2}$ longitudinis aequat, praeter ultimum, longe ovatum, fere duplo longiore quam crassorem. Collum ubique longum; in art. 3º circiter dimidium, in 4º $\frac{2}{3}$ lon-

gitudinis articuli aequat; in art. 5-10 articuli longitudinem aequat; in 11 aliquanto brevius articulo; in $12^{\circ} \frac{2}{3}$, in $13^{\circ} \frac{2}{3}$ longitudinis articuli attingit.

Antennae ♀ 2+12-articulatae; semel antennas 2+13-articulatas vidi, sed articuli 13-14 in una antenna, 14-15 in altera coalescebant sine conctractione ulla in medio, vel cum parva contractione. Art. nullo collo insigniti sunt truncō-conici, circiter 1 $\frac{2}{3}$ longiores quam crassiores, praeter ultimum subovatum et duplo longiore quam crassiorem. Verticilli ut in *Perrisiis*. Art. 3-4 ♂ saltem ex parte coalescentes.

Oculi in vertice late confluentes; vertex squamis pilis mixtis instructus.

Alae hyalinae squamis muticis et striatis ornatae in ora antica usque ad locum ubi desinit cubitus, et in tertia parte basali orae posticae. Postice et in extrema parte ora tota setis densis et longis vestitur. Cubitus non longe ab extremitate alae desinit, non longius in ♀ quam in ♂ (Lam. III, fig. 1, 2). Ramus infernus furcae satis obliquus et curvus, supernus parum incurvus. Pedes, sicut tergitorum abdominis vittae et ora alarum, squamis muticis obtenguntur. In pedibus, tamen, nonnullas vidi squamas in acumen desinentes. Unguiculi tarsorum parum curvi et prope basim dente simplici armati. Empodium unguiculos longitudine aequans vel etiam superans.

Si ut unitas longitudo metatarsi sumatur, en tibi longitudo articulorum pedum, a coxa incipiendo:

Pedes antici	$\left\{ \begin{array}{l} \delta - 8:8,3:1:8:4:2,6:1,3. \\ \varphi - 7,5:7,8:1:7,9:3:2,2:1,1. \end{array} \right.$
Pedes medii	$\left\{ \begin{array}{l} \delta - 7,7:8,3:1:8,5:4,5:3,1:1,4. \\ \varphi - 7,3:7,5:1:5,8:2,3:1,5. \end{array} \right.$
Pedes postici	$\left\{ \begin{array}{l} \delta - 8,6:8,5:1:8,7:4,4:2,8:1,6. \\ \varphi - 8,9:8,9:1:7,3:3,4:2,9:1,7. \end{array} \right.$

Ex his liquet pedes ♂ longiores quam ♀ esse, primum articulum tarsorum aliquanto longiorem aut vix breviorem esse tibia, si excipias pedes medios ♀, ubi satis brevior est. Pedes postici ♀♂, ut

generatim accidit, anticis et mediis longiores sunt, et medii omnium brevissimi.

Ovipositor similis *Perrisiarum* ovipositoribus. Cavitas extrema ovipositoris (gallice *pochette*) est fere duplo longior quam crassior (Lam. III, fig. 7) et setis brevibus, densis et patentibus instructa. Tota superficies ovipositoris prima fronte striata videtur: striae vero sunt globi pilorum minutissimorum, in ordines dispositi. Articulus distalis forcipis pilosus et satis crassus, aliquantum ante medium paulo crassior quam in basi, ungue nigro magno instruitur. Lamellulae inferna et superna fere aequales longitudine, profunde bilobae, lobulis subobtusis, superna latior quam inferna; stylus brevis.

Larvae albae vivunt gregariae (non vidi plusquam duas) in cecidiis radicum *Hyperici pulchri* L. ibique metamorphosim peragunt in folliculo albo (gallice *cocon blanc*), sicut in *G. Braueri*. In iisdem cecidiis larvae aluntur rubrae, quae in terram decidunt ibique metamorphosim peragunt. Imaginem harum larvarum inferiorius sub nomine *Coprodiplosis hyperici* describam.

Annotatio. — Differt haec species a *G. Braueri* Handl. (Verhandl. der k. k. zool.-bot. Ges. Wien, Bd. 34, 1894, p. 136-137), sequentibus notis:

1) Antennae ♂ sunt 2+11-articulatae; articuli, teste cl. Kieffer (Fam. *Cecidomyidae*, 1913, in *Gen. Insectorum*, p. 68), sunt subglobosi (1), cum longitudo parum excedat latitudinem, subnigri, collo albo; in mea vero specie ant. ♂ sunt 2+12-art., articuli subcylindrici, subbrunnei sicut et colla;

2) 4^{us} art. palporum in *G. Braueri*, teste cl. Kieffer, est valde contractus in tertia parte basali et amplius, dum in mea specie tantum in ♀ tertia pars basalis est aliquantum contracta;

3) Cubitus ♂ in specie Handlirschiana multo longius recedit ab extrema ala quam in ♂; in mea autem specie eodem loco desinit cubitus ♂ et ♀ (Lam. III, fig. 1, 2);

4) Tertia pars basalis orae posticae alarum speciei meae squamis, pilis mixtis, signatur, quae quidem squamae in *G. Braueri* in ora postica deesse videntur.

De ovipositore tacent cl. Handlirsch et Kieffer l. c.

(1) Cl. Handlirsch (l. c.), quamvis nihil dicit de crassitudine articulorum, in tabula depinxit tres ultimos, qui juxta figuram sunt 11^{us} et 12^{us}, 1 2/3 longiores quam crassiores, 13^{us} sesquialongior quam crassior. Ibi quoque apparet collum art. 11^{us} et 12^{us} aliquanto longius quam in mea specie esse.

Haec discrimina parvi, seu potius minimi sunt momenti, praeter 3). Est enim quid adeo insolitum in cecidomyis haec differentia longitudinis cubiti in utroque sexu, ut merito speciem autonomam constituere queat. Jam vero hoc longitudinis discriminem tum cl. Handlirsch tum paeclarus Kieffer disertis verbis affirmant. Primus: «Flügel ♀ von denen des Männchens sehr verschieden: die dritte Längsader ist nämlich nach vorne geschwungen und geht viel weiter von der Flügelspitze in den Rand» (l. c. p. 137). Kieffer autem: «cubitus aboutissant au bord peu avant (♂) ou bien avant (♀) la pointe alaire» (l. c., p. 68). Clarissimum autem hunc auctorem sub oculis specimina habuisse, neque hoc dixisse fisus tantum auctoritate Handlirsch inde patet quod multas notas, ab Handlirsch omissas, in medium protulit et pupam quoque descripsit, de qua Handlirsch tacet.

Cum igitur in mea specie cubitus aequalis sit in utroque sexu, credo optimo jure specimina gallaica in speciem autonomam revocare, quamvis caeterae notae eadem vel parum diversae sint.

Ex dictis patet, notas generis *Geocrypta* Kieff. (l. c.) nonnihil esse immutandas, ad palpos quod attinet, antennas ♂ et alas.

Cecidia. — Cria-se no *Hypericum pulchrum* L. dentro da terra, logo abaixo do collo da raiz, às vezes um pouco acima do collo, já na haste ou nos raminhos, nos pontos onde estão mettidos no musgo, de sorte que ainda neste caso vegeta quási às escuras, ou no meio de luz pouco intensa. Em cada pé crescem ordinariamente várias cecílias próximas. Estas são elegantes, carnudas e delicadas, provêm da transformação de gommos adventícios e compõem-se de escamas imbricadas, as externas ovóides, largas e curvas. As da zona mais exterior não chegam ao ápice da cecídia e são míticas e glabras; as seguintes são acuminadas, as internas mais curtas e mais estreitas. A cecídia é ovóide, amarella, às vezes com laivos côr de rosa desmaiada ou mesmo inteiramente desta côr; quando está entre os musgos e vê luz, torna-se verde pela formação da chlorophylla. Comprimento 4-5 mm. por 3-4 mm. de grossura. Não há cecidia interna, vivendo as larvas em sociedade (não vi mais de uma ou duas) entre as escamas e aí se metamorphoseiam num casulo branco. Criam-se, ao que parece, numa série de gerações no verão e outono, não sendo raro ver na mesma raiz cecílias sêccas de côr brúnea, cecílias pequeninas e outras que estão attingindo a maturação. As minhas são de Redondela (Galliza), onde crescem abundantemente nos carvalhais. Trouxe-as em se-

tembro de 1916, aparecendo as imago nesse mesmo mês e seguinte. Em 1917 encontrei-as em Salcedo (Pontevedra).

Como o leitor vê, as cecídias não differem das descriptas por Handlirsch, as quais são obra da *G. Braueri* que vive na Áustria e Itália. O auctor dá-nos na estampa v (l. c.) figuras muito exactas dessas cecídias. Segundo êlle, criam-se na Áustria na 2.^a quinzena de agosto e 1.^a de setembro.

Janetiella maculata Tav.

(Ann. Scienc. Nat., vol. 7, p. 65. 1901, Porto; Brotéria, vol. 1, p. 45)

Longitudo corporis: ♂ 2-2,5 mm.; ♀ 2,3-2,8 mm.

♂ coloris rubri; pedes subbrunei; antennae, vertex, mesonotum, scutellum, mesophragma, sternopleurae et basalis forcipis articulus coloris brunei. Tergita abdominis vitta instruuntur ampla transversa brunea, squamis caducis obsita, antice ad modum lunae novae cava, in medio anguste interrupta, si ultima duo tergita excipias ubi non interrupitur vitta. In basi primi tergiti ovipositoris duas videbis lineas longitudinales, antice et postice aliquantum divergentes. In ♂ vittae non interrumpuntur in medio, quod quidem etiam quandoque in ♀ accidit, sed postice conjunguntur et satis breviores quam in foemina sunt. Sternita duplice vitta ornantur, altera angusta postica, altera latiore antica, quae quidem vittae in lateribus quandoque se se tangunt, vel etiam in unam coalescent in tota longitudine. Hae vittae in sternitis nullis insigniuntur squamis. Vitta vero primi tergiti semper est aliis multo angustior.

Palpi longi, haud squamosi, 4-articulati. Art. 1^{us} 1 $\frac{1}{3}$ longior quam crassior; 2^{us}, aequo crassus atque 1^{us}, 2 $\frac{1}{2}$; 3^{us}, paulo longior 2°, 3 $\frac{1}{2}$; 4^{us} 4 $\frac{1}{2}$, longior quam crassior.

Antennae ♂ 2+15-articulatae (in Lusitania) vel 2+13-articulatae (in Gallaecia), ut in *Perrisiis* conformatae. Art. 1^{us} vix longior quam crassior, 2^{us} fere $\frac{1}{3}$ crassior quam longior. Art. 3-11 fere aequales, sesquiloniores quam crassiores, caeteri aliquanto minores, plusquam 1 $\frac{1}{3}$ longiores quam crassiores; ultimus longe subovatus, duplo longior quam crassior, probabiliter e duobus conflatus (in Gallaecia). Collum ubique longum, in 3° art. 1 $\frac{1}{3}$ longitudinis articuli excedit, in aliis $\frac{1}{2}$ superat vel etiam $\frac{2}{3}$ aequat. Antennae ♀

2 + 13-articulatae (in Lusitania et in Gallaecia). Art. 1^{us} vix longior quam crassior, 2^{us} fere aequo longus atque crassus. Art. funiculi subcylindrici seu aliquantum trunco-conici, collo valde brevi; 3-4 ferme duplo longiores quam crassiores; 5-11 aliquanto breviores, 1 1/2 vel 1 2/3 longiores quam crassiores, sequentes aliquanto minores, ultimus duplo longior quam crassior. Art. 3-4 in utroque sexu coalescunt, quod quidem passim in cecidomyis fit.

Squamas in 3^a parte basali mesonoti, in halteribus, in alis, in abdomen et pedibus cernes.

Alae de more hyalinae, longe ciliatae in ora postica, ubi squamas non vidi. Ora antica fere tota, radius et 3^a pars basalis venae posticalis squamis, pilis intermixtis, instruuntur. Cubitus clare ante finem alae desinit. Ramus supernus furcae fere rectus, venam continuans; infernus etiam parum curvus.

Tarsorum unguiculi simplices, empodio vix breviores; pulvilli belle conspicui. Longitudo comparata partium pedis, si ut unitatem metatarsum habeas, haec erit, a femore:

Pedes antici	$\left\{ \begin{array}{l} \delta - 9,5:10:1:7:3,8:2,4:1,5 \\ \varphi - 8:7,7:1:4,6:2,1:1,6:1 \end{array} \right.$
Pedes medi	$\left\{ \begin{array}{l} \delta - 8,2:8,8:1:6,4:3,6:2:1,4 \\ \varphi - 7,6:7,3:1:5:2,7:1,6:1,2 \end{array} \right.$
Pedes postici	$\left\{ \begin{array}{l} \delta - 10:10,8:1:9:4,5:2,7:1,5 \\ \varphi - 9,5:8,9:1:6,8:3,5:2:1,3 \end{array} \right.$

Pedes ♂ satis longiores pedibus foeminae sunt. In mari longitudine tibiae aliquantum longitudinem femoris superat; in foemina e contra femur paulo longior est quam tibia. Art. 1^{us} tarsorum semper satis brevior est femore et tibia.

Ovipositor de more valde protractilis; cavitas est fere acuminata in apice et ter-quater longior quam latior. Art. apicalis forcipis conicus, satis crassus in basi, et in apice tenuatus, pube contectus. Lamellulae bilobae.

Pupa. — Exuviae hyalinae, 2 mm. longae. Stigma thoracale conicum, leviter luteum, haud longum, sexies longius quam crassius in basi. Setae cervicales externae valde longae, 2 1/2 longiores stigmate. Papilla cervicalis interna haud inermis, sed minima seta

instructa. Aculei omnes desiderantur. Setae adsunt laterales et dorsales breves. Spinulae dorsales in septem tergitis prostant subluteae, simplices, saltem in speciem, in unoquoque tergito spatium breve occupant, postice minimae, antice magnae. Vagina pedum posticorum medium somitum 8^{um}, vagina pedum mediorum 7^{um} somitum, vagina pedum posticorum medium 7^{um} somitum aequat.

Larva. — Rubra, 2 mm. longa. Setae adsunt, de more, dorsales, laterales et terminales satis longae. 4 papillae ventrales anticae sunt magnae, sine seta, quasi in pseudopodos conversae⁽¹⁾. Hae papillae etiam in duobus ultimis thoracis sternitis adsunt binae. Setae ventrales posticae prostant binae. Spatula brevis, rubra, antice fere hyalina, et in duos lobos divisa ut fig. 7 Lam. v ostendit. Papillas pleurales et sternales in eadem fig. 7 cernere potes. Papillae pleurales internae et intermediae sunt inermes, externa vero valida gaudet seta in tribus sternitis. Totum corpus verrucis cingentibus subconicis tegitur. Verrucas spiniformes vix a cingentibus discriminabis.

Cecidia. — Gommos axillares transformados em cecídias carnudas, mais ou menos ovais, verdes, em Portugal também côr de rosa, formadas pelas escamas que se soldam em quase toda a extensão, deixando no interior a cavidade larval, situada na direcção do eixo onde vive uma só larva. O comprimento da cecídia anda por 3-4 mm., a grossura por 2,5-3 mm. A parede é carnida e bastante grossa. Apparecem no outono (Portugal) e durante o inverno até ao fim de janeiro (Galliza). A larva sai pelo orifício superior que fica aberto pelo afastamento das escamas superiores, as quais enquanto a larva cresce estão conchegadas e fecham esse orifício. Metamorphose na terra. App. em maio seguinte.

PORTUGAL: S. Fiel (Beira Baixa) e daí até à Covilhã e Castello Branco. No *Cytisus albus* Lk.

⁽¹⁾ Nunquam *pseudopodos*, ut auctores describunt, conspexi. Hic de eminentia mammiformi agitur, quam facile videbis, quamvis parvam adhibeas amplificationem — Oc. 2 Zeiss et Obj. A. In hac larva bene videbis papillam inermem in medio eminentiae. Has papillas ita magnas etiam in *Perrisia Herminii* Tav. et in *P. halimii* conspexi.

HESPAÑA: San Blas e Santa Teresa na freguesia de Salcedo, junto de Pontevedra. No *Sarothamnus Welwitschii* var. *patens* Wk.

Macrolabis brunellae Tav.

(Brotéria, vol. vi, 1907, p. 111)

Longitudo corporis: ♂ 1,5 mm.

♂ Lutei vel luteoli; vertex, tres fasciae longitudinales mesonoti, mésopleurae, antennae (praeter 1^{um}, quandoque etiam 2^{um} art. luteum) luteo-subbrunei coloris. Tergita abdominis fascia lata e squamis deauratis caducis insignita. In sternitis nullas videbis fascias. Pedes fasciam longitudinalem subbruneam tibi ostendent. Collum, palpi, abdomen saepius albida, vel luteo-albida, quam lutea videntur. Squamae deauratae, nitentes, pulchrae, in pedibus adsunt, in ala, halteribus, abdomine, vertice et palpis. Forcipis art. distalis, saltem saepe, niger in medietate apicali.

Palpi valde longi, squamosi, 4-articulati, praeter palpigerum, qui potius ut articulus habendus esset. Art. 1^{us} duplo, 2^{us} omnium crassissimus, 1 $\frac{2}{3}$; 3^{us} quater, 4^{us} quinques longior quam crassior. Oculi large incisi ad modum virgulae inversae, in vertice valde angusti, dimidium basis non aequantes.

Antennae similes in ♀, sine collo conspicuo praeterquam in 3^o art. ubi collum est brevissimum, breves, 2 + 10-articulatae in Lusitania, in Gallaecia vero ♂ 2 + 10-, ♀ 2 + 12-articulatae, quandoque ultimo articulo è duobus concrecentibus composito. Art. 1^{us} paulo longior quam crassior; 2^{us} vix longior quam crassior, globosus, aliquanto caeteris crassior; articuli funiculi subcylindrici, saltem sesquiloniores quam crassiores, 3-5 in ♀ fere duplo longiores quam crassiores; in ♂ articuli sunt graciliores, ferme duplo longiores quam crassiores, praeter ultimum, qui praecedentibus est minor, fere 1 $\frac{2}{3}$ longior quam crassior.

In ala squamas pilis mixtas in ora antica frequentes videbis usque ad locum ubi cubitus desinit satis longe ab extrema ala, in radio, in cubito et in ora postica (usque ad medium saltem). Ramus supernus furcae fere rectus et venam continuans, infernus valde obliquus et parum curvus.

Tarsorum unguiculi bifidi, dente magno instructi, empodium

vix aequantes. Pulvilli dentem infernum unguiculorum aequant vel aliquanto superant. Longitudo comparata segmentorum pedis haec est, si ut unitatem metatarsum adhibeas, a femore incipiendo:

Pedes antici	$\{\delta - 6,8 : 8,3 : 1 : 6,7 : 4 : 2,6 : 1,5.$
	$\{\varphi - 7,3 : 8,3 : 1 : 7,1 : 3,7 : 2,8 : 1,3.$
Pedes medii	$\{\delta - 6,5 : 9 : 1 : 5,5 : 4,2 : 3 : 1,7.$
	$\{\varphi - 6,3 : 9 : 1 : 8,4 : 4,5 : 3,4 : 1,8.$
Pedes postici	$\{\delta - 6,5 : 9,5 : 1 : 8,5 : 4,7 : 3,3 : 1,8.$
	$\{\varphi - 8,2 : 10,2 : 1 : 10 : 5,6 : 3,6 : 2.$

Ex his liquet pedes non esse breves. Nota autem specialis est femoris brevitas comparata cum tibia. Etiam notatu digna est longitudo satis magna art. 2-4 tarsorum.

Ovipositor ut in *Perrisiis*, longe protractilis, cavitate 3-4 longiore quam latiore. Art. basalis forcipis crassissimus (Lam. II, fig. 5), ita ut videri sine lente possit; apicalis valde gracilis, fere glaber, longe conicus. Lamellula superna (*ls*) profunde biloba, lobulis obtusis; inferna (*li*) supernam longitudine fere aequat, non profunde incisa, lobulis obtusis. Appendices ventrales (*av*) et stylus (*st*) aliquantum lamellulas excedunt.

Pupa. — Eam I. c. descripsi. Nunc in trutinam notas revocare nequeo, quia nulla mihi est pupa. Hoc unum animadverto, in fine descriptionis mendose *stigmaticis* pro *stigmatibus* composuisse typographos. Etiam probabiliter *aculeis frontalibus* legitur pro *aculeis cervicalibus*, qui minimi esse debent, cum metamorphosis sub terra peragatur.

Larva. — Gregaria, aurantiaca, 1,8-2,3 mm. longa, verrucis cingentibus densis fere hemisphaericis cooperta. Papillae dorsales, laterales, terminales, pleurales externae in duobus ultimis sternitis, ventrales posticae seta valida instructae; caeterae inermes. Papillas sternales et pleurales in Lam. IV, fig. 1, vide sis. Cl. Kieffer (*Cecidomyidae in Genera Insectorum*, 1913, p. 65) asserit in larvis hujus generis 4 papillas ventrales anticas ultimi sterniti seta gaudere. Fateor me in hac specie has 4 setas non conspicere; papillae in hoc sternito quasi in pseudopodios convertuntur, qui quidem quasi pseudopodi etiam in sternito praecedente apparent. Spatula lutea

Ionga, profunde in lobulos subobtusos divisa. Papillae terminales quaternae et quaternae in utroque latere proxime prostant. Metamorphosis sub terra intra quindecim dies fit.

Cecídia. — Gommos terminais ou axillares modificados, um tanto hypertrophiados, com as fôlhas conchegadas a formar uma cecídia oval alongada ou sem forma definida. As duas fôlhas externas da cecídia hypertrophiam-se apenas na base, ficando o resto do limbo normal; as fôlhas interiores hypertrophiam-se em todo o limbo, que se torna mais peludo e não raro toma uma côr arroxeadas. A haste no ponto correspondente à cecídia também engrossa algum tanto e até se curva. Entre as fôlhas modificadas vivem as larvas alaranjadas em sociedade. A cecídia pode attingir 7 mm. de comprimento por 3-4 de grossura: às vezes, porém, é pequenissima, apenas visível, formada sómente de 2 folhinhas encostadas pela página superior onde vivem as larvas (Est. 1, fig. 13, 14). Neste caso não se podem distinguir estas cecídias das que forma na mesma planta a *Ametrodiplosis nivea* Tav. (Brotéria, vol. XIV, 1916, p. 100). No rio Louro, junto del Puente Nuevo (Tuy) encontrei cecídias destas duas espécies que eu supponha serem só da *Ametrodiplosis nivea*, aparecendo mais tarde imagos desta e da *Macrolabis brunellae*. Outra forma desta cecídia é a que encontrei no Gerês, formada pelos botões florais que se modificam por forma que a inflorescência não se alonga, nem as flores ordinariamente chegam a desabrochar. As brácteas, principalmente as inferiores, hypertrophiam-se, curvam-se e cobrem-se de pilosidade branca, muito mais densa que no estado normal, engrossando também bastante o eixo do raminho. As larvas neste caso vivem entre as flores e as brácteas. Em todos os casos, depois de caídas as larvas em terra, a cecídia murcha e o gommo não continua a desenvolver-se. As larvas a princípio são brancas, depois fazem-se alaranjadas. Tanto em Portugal como na Galliza a metamorphose em terra não costuma levar mais de 15 dias. Assim, em Pontevedra as minhas larvas enterraram-se em 12 de junho de 1917; as imagos sairam de 25 a 30 dêsse mesmo mês. As imagos do Gerês obtive-as em setembro, de cecídias florais.

Na *Brunella vulgaris* L.

PORTRUGAL: Gerês na Quinta de Soutellinho.

HESPAÑA: Rio Louro junto del Puente Nuevo (Tuy); Quinta de Buenos Aires ou Monte Porreiro nas immediações de Pontevedra e em Santiago.

Perrisia asparagi Tav.

(Brotéria, vol. 1, 1902, p. 25)

Longitudo corporis: ♀ 1,5-2,3 mm.

♀ rubra, thorax luteo-ruber, mesonotum, sternopleurae, vertex, ovipositor coloris brunei; antennae et pedes subbrunei (scapus clarior). In tergitis abdominis vittae ad sunt transversae, latae, e squamis caducis.

Palpi longi, squamosi, 4-articulati; duo primi art. fere aequales, 2^{us} tamen aliquanto crassior et nonnihil longior, fere sesquiloniores quam crassiores; 3^{us} circiter triplo, 4^{us} quater longior quam crassior.

Antennae ♀ 2+13-articulatae; art. 1^{us} vix longior quam crassior, 2^{us} aequo longus atque crassus; art. funiculi truncо-conici, praeter ultimum subovatum, sine collo conspicuo. Art. 4^{us} et ultimus omnium sunt longissimi. Art. 4^{us} 1 $\frac{2}{3}$ longior quam crassior, caeteri usque ad 11^{um} fere aequales, 1 $\frac{1}{2}$ vel 1 $\frac{1}{3}$ longiores quam crassiores; 12-14 paulo minores praecedentibus, 1 $\frac{1}{4}$, eoque minus, longiores quam crassiores; 15^{us} fere duplo longior quam crassior, $\frac{1}{2}$ longior penultimo. Aliquae prostant squamae in vertice et in tertia parte antica mesonoti.

Alae hyalinae et squamis instructae, quibus pili miscentur in ora antica usque ad locum ubi cubitus desinit, longe ab extrema ala. Radius etiam squamis est obsitus, sicut ora postica alae in tertia parte basali. Vena costalis, ubi cubitus terminatur, interrupitur. Tarsorum unguiculi empodium vix aequantes, dente inferno magno, supernum ferme aequante, instructi. Longitudo comparata partium pedis haec est, a femore incipiendo:

Pedes antici — 7 : 8,2 : 1 : 6,5 : 3,4 : 2,2 : 1,1.

Pedes medii — 6,7 : 8,4 : 1 : 7 : 3,7 : 2,2 : 1,4.

Pedes postici — 7,2 : 9 : 1 : 10 : 4,7 : 3 : 1,5.

Unde liquet tibiam femore longiore esse, et in pedibus posterioribus $1\frac{1}{3}$ tarsorum articulum tibia et femore longiore esse.

Ovipositor de more valde protractilis; cavitatem dimetiri non potui, quoniam tota exserta non erat; pars quae conspiciebatur duplo longior quam crassior erat.

Marem non describo, quia mihi nunc non est.

Pupa. — Exuviae hyalinae, 2 mm. longae. Stigma thoracale $7\frac{1}{2}$ longius quam crassius in basi. Setae cervicales valde longae sunt, nam stigma thoracale $2\frac{1}{3}$ longitudine superant. Spinulae dorsales luteae et haud magnae; aliquae bi-vel tridentatae videntur. Vagina pedum anticum basim 6¹ somiti fere attingit; vagina pedum mediorum eam superat; et vagina pedum posticorum basim 7¹ somiti fere tangit. Aculei nulli, praeter cervicales, qui in basi vaginalae antennarum sunt coni minimi. Setas laterales et dorsales non vidi.

Larva. — Satis bene l. c. fuit descripta. Per totum fere annum in cecidiis *Asparagi aphylli* gignitur Cetobrictae, in Lusitania.

Cecidia. — Cria-se esta espécie nos brotos novos e carnudos do *Asparagus aphyllus* L. cujos espinhos engrossam e ficam conchegados abrigando as larvas brancas que vivem em sociedade, pode dizer-se, em toda a roda do anno. A metamorphose faz-se na terra em menos de um mês. Das cecílias que de Setúbal me enviou o Sr. Luiz Gonzaga do Nascimento em 1917, duas larvas enterraram-se em 8 de abril, saindo duas fêmeas, uma em 2, outra em 4 de maio seguinte. O meu falecido amigo, José Andrieux, obteve a imago, na mesma localidade, em novembro de 1901.

PORTUGAL: Immediações de Setúbal, Coimbra, Villa Nova de Portimão e Lagoa. No *Asparagus aphyllus* L.

HESPAÑA: Ayamonte (Andaluzia). Abril de 1909. No *Asparagus* sp.

Perrisia Broteri Tav.

(Ann. de Scienc. Nat., vol. vii, 1901, Porto, pp. 58-59)

Longitude corporis: ♀ 1,8-2 mm.

♂ Rubro-luteus, quandoque subluteus dumtaxat; vertex, sternopleurae, mesonotum, scutellum, mesophragma, brunea; forcipis

annalis articulus basalis bruneus vel subbruneus. ♀ abdomen intense rubrum; thorax et caput rubro-lutea; mesonotum, sternopleurae, vertex, brunea vel subbrunea. ♂ Pedes et antennae subbrunnei vel subrosei coloris; tergita abdominis vitta ampla, transversa, squamis bruneis caducis obsita ornantur; sternita vero dupli linea brunea vel subbrunnea distinguuntur; quae quidem lineae plerumque parum sunt conspicuae et aliquando desiderantur.

Palpi longi, squamosi, 4-articulati praeter palpigerum, qui ut 5^{us} art. haberet posset. Art. 1^{us} fere aequo longus atque crassus; 2^{us} duplo, 3^{us} triplo, 4^{us} 3 $\frac{2}{3}$ longior quam crassior.

Antennae ♂ 2+15-articulatae (in Lusitania), 2+16- aut 2+17-articulatae (in Gallaecia). Hic cum 2+16 art. tantum adsunt, ultimus e duobus concrecentibus conflatur. Art. 1^{us} fere aequo longus atque crassus, 2^{us} aliquanto crassior quam longior. Art. 3-4 1 $\frac{1}{3}$ -1 $\frac{1}{2}$ longiores quam crassiores; 5-15, fere inter se aequales, 1 $\frac{1}{3}$ longiores quam crassiores; sequentes gradatim minores crassitudine et longitudine, etiam 1 $\frac{1}{3}$ longiores quam crassiores, ultimus subovatus sesquilongior quam crassior. Collum, ubique longum, fere dimidium longitudinis 3¹ art. aequat, in 4^o art. superat, in 6-14 ferme longitudinem articuli attingit; in 15^o non aequat; in 16^o dimidium attingit, in 17^o dimidium non aequat.

Antennae ♀ 2+15-articulatae (in Lusitania), aut 2+17-, raro 2+16-articulatae (in Gallaecia). In hoc casu art. ultimus e duobus coalescentibus componitur. Art. 1-2 circiter aequo longi atque crassi. Art. 3^{us} omnium maximus 1 $\frac{2}{3}$ longior quam crassior, 4^{us} 1 $\frac{1}{2}$, sequentes fere aequales, 1 $\frac{1}{3}$ longiores quam crassiores, ultimi 5 vel 6 aliquanto minores, 1 $\frac{1}{4}$ longiores quam crassiores, praeter ultimum 1 $\frac{1}{2}$ longorem quam crassorem. Collum vix conspicuum.

Squamae in vertice et in tertia parte basali mesonoti (parum frequentes), in pedibus, alis, halteribus et abdome adsunt.

Alae hyalinae; cubitus satis longe ab extrema ala desinit. Rami furcae parum curvi. Squamas pilis mixtas, in ora antica usque ad locum ubi cubitus terminatur, in 3^a partae basali orae posticae, in radio, imo et in parte basali cubiti et venae posticalis videbis.

Empodium clare unguiculos bifidus satis superat.

Longitudo comparata partium pedis, si ut unitatem metatarsum alhibeas, haec est, a femore incipiendo :

Pedes antici	$\left\{ \begin{array}{l} \delta - 8,2:9:1:8,2:4,6:2,6:1,3, \\ \varphi - 7,6:8,8:1:7,5:3,7:2,2:1,2, \end{array} \right.$
Pedes medii	$\left\{ \begin{array}{l} \delta - 7,6:9:1:8,8:4,5:2,9:1,4, \\ \varphi - 7,6:7,4:1:8:4:2,5:1,2, \end{array} \right.$
Pedes postici	$\left\{ \begin{array}{l} \delta - 8,7:9,8:1:9,7:4,7:3:1,3, \\ \varphi - 8,5:8:1:9:5,3:3:1,7, \end{array} \right.$

Unde liquet femur fere ubique brevius tibia et primo tarsorum articulo esse. Tibia et 1^{us} art. tarsorum ferme sunt aequales. Pedes ♂ longiores sunt ♀ pedibus.

Ovipositor longe protractilis, de more; cavitas ovipositoris 2 $\frac{2}{3}$ longior quam latior (in Gallaecia); in speciminibus vero lusitanicis 3 $\frac{1}{2}$.

Pupa. — Exuviae hyalinae, 2-3 mm. longae; nullis aculeis distinctae, si cervicales demas minimos, conicos, simplices: Stigma thoracale breve, aliquanto minus quam triplo longius quam crassius in basi, paulo brevius setis cervicalibus. Setas laterales et dorsales nullibi conspexi. Spinulae dorsales desiderantur.

Larva. — Eam l. c. breviter descripsi. Est rubra et cum sociis inter cecidii squamas vitam degit, ibique metamorphosim peragit intra indusiolum (gallice *cocon*), quod ipsa sibi net.

Annotatio. — Haec species a *Perrisia ericae-scopariae* Duf. bene distinguitur notis pupae, cuius stigmata thoracalia decies longiora quam crassiora sunt et longitudinem setarum cervicalium aequant. Cecidii notae etiam utramque speciem bene discriminant, immo id etiam stirpes praestant, in quibus aluntur — *P. Broteri* in *Erica ciliaris* L., *P. ericae-scopariae* in *Erica scoparia* L.

Palpi hujus speciei in parte inferna ex utroque oris latere descendunt, mentum involvunt appliciti, ita ut palpus unius lateris cum altero coalescat, unum corpus efficiendo. Haec dispositio, quae rara videtur in gen. *Perrisia*, est normalis in gen. *Eudiplosi* Tav. et *Alethodiplosi* Tav. et quandoque etiam in *Contarinia* apparat. Eam quoque in *Parallelodiplosis galliperda* Fr. Löw invenies.

Cecidia. — Gommos transformados em cecídias grandes, ver-

des, às vezes tirantes a rosa, viscosas quando novas, mais ou menos ovais, grandes — comprimento de ordinário igual a 12-15 mm., grossura 7-9 mm. — formadas de fôlhas modificadas, largas, imbricadas, sem cecídia interna. Entre estas fôlhas vivem as larvas em sociedade (até 8 em cada cecídia), de côr vermelha. Cada larva fia um casulo branco, dentro do qual se metamorphoseia na axilla das fôlhas ou escamas. Apparecimento da imago na 2.^a quinzena de abril e em maio do 2.^º a. Em Portugal obtive imagos em agosto e setembro, provenientes quiçá de uma segunda geração. As cecídias novas aparecem por junho. Durante o inverno, estão as larvas já transformadas em pupas. Depois de sairem as imagos, às vezes ainda antes, as cecídias seccam, ao revés do que sucede com as da *P. ericae-scopariae* que se conservam verdes, podendo o raminho continuar a crescer.

As cecídias estão photographadas na Est. 1, fig. 1 do vol. iv, 1905, da Brotéria.

Na *Erica ciliaris* L.

HESPAÑA: Commun onde quer que vegeta a *Erica ciliaris* L. Tuy, Lourizán, Salcedo, Marín (Pontevedra) e Carballino (Orense).

PORTUGAL: Ponte do Lima, Gerês, Sameiro, Falperra, Mattozinhos, Entre Runa e o Turcifal (Torres Vedras), e perto da Praia de Santa Cruz.

Perrisia cucubalina Tav., nov. sp.

Longitudo corporis: ♂ 1-1,5 mm.; ♀ 1,5-2 mm.

♂♀ Coloris subrubri; mesonotum bruneum, duabus lineis longitudinalibus notatum; pedes et antennae, praeter art. 1-2 subrubros, subbrunei; tergita abdominis yitta lata transversa e squamis brunneis deciduis ornantur, sternita vero nulla insigniuntur vitta.

Palpi longi, squamosi, 4-articulati. Art. 1^{um} dimetiri non potui; 2^{us}, omnium crassissimus, duplo, 3^{us} quater, 4^{us} fere sexies longior quam crassior.

Antennae ♂ 2+13- vel 2+14-articulatae; ♀ vero 2+14- aut 2+15-articulatae. Art. 1^{us} vix longior quam crassior, 2^{us} aliquanto crassior quam longior. Verticilli de more. Articuli fere aequales longitudine, 1 1/3 longiores quam crassiores, praeter art. 12-14 ali-

quanto breviores et graciliores; ultimus obovatus et saltem $1\frac{1}{2}$ longior quam crassior. Art. 3^{us} sine collo conspicuo; in art. 4-5 collum dimidium longitudinis articuli aequat, in sequentibus omnibus superat (haud valde abest ut collum $\frac{2}{3}$ longitudinis articuli attingat). ♀ art. 1-2 antennarum fere aequae longi atque crassi; art. funiculi sine collo conspicuo. Articuli omnes fere aequales, $1\frac{1}{2}$ longiores quam crassiores, si 3-4 demas aliquanto longiores. Art. 3^{us} plusquam $1\frac{1}{2}$, 4^{us}, praecedente aliquanto longior, plusquam $1\frac{2}{3}$ longior quam crassior. Verticilli de more. In verticillis setosis ♂♀ nullas vidi setas insigniter curvas, alias dumtaxat in basi aliquantum incurvas conspexi. Semel antennas ♀ 2+3-articulatas inveni, at art. ultimus e duobus coalescentibus componebatur.

Aliae de more hyalinae, in ora antica squamis, quibus pili miscentur, instructae usque ad locum ubi cubitus, longe ab extrema ala recedens, desinit. Vena costalis ibi interrupitur. Radius valde brevis. Rami furcae bene conspicui, parum curvi.

Unguiculi aliquanto breviores empodio. Longitudo comparata partium pedis, a femore incipiendo, haec est:

Pedes antici	$\left\{ \begin{array}{l} ♂ - 6,8 : 7,3 : 1 : 6,7 : 3,5 : 2,2 : 1,3 \\ ♀ - 7,5 : 9,4 : 1 : 6,8 : 3,7 : 2,4 : 1,5 \end{array} \right.$
Pedes medii	$\left\{ \begin{array}{l} ♂ - 5,6 : 7 : 1 : 6,1 : 3,5 : 2,4 : 1,2 \\ ♀ - 6,6 : 9,5 : 1 : 7 : 3,5 : 2,8 : 1,4 \end{array} \right.$
Pedes postici	$\left\{ \begin{array}{l} ♂ - 7,5 : 8,4 : 1 : 7,5 : 3,8 : 2,4 : 1,3 \\ ♀ - 7,5 : 9,4 : 1 : 9,5 : 5 : 3,4 : 1,6 \end{array} \right.$

Hinc patet tibiam partem longissimam esse, ac primum tarsorum articulum fere aequare femur. Pedes ♀ satis longiores sunt ♂ pedibus.

Genitalia maris nihil speciale prae se ferunt. Ovipositor longe protractilis de more; cavitas fere triplo longior quam crassior.

Larva. — Alba, gregaria, circa 2 mm. longa, verrucis cingentibus mammiformibus tecta. Papillae sternales et pleurales inermes, si papillam excipias pleuralem externam in 2^o et 3^o thoracis sternito, quae valida seta gaudet. Papillae ventrales anticae inermes magnae, 2 posticae valida seta instructae. Papillae dorsales, laterales et terminales seta valida et satis longa instruuntur. Ex 8 termina-

libus binae seta parva decorantur. Spatula lutea, profunde et oblique in duos lobulos subobtusos divisa, ante quos papillae sternales prostant (Lam. v, fig. 6). Larvae in floribus et gemmis *Cucubali bacciferi* L. gignuntur et sub terra metamorphosim peragunt, per successivas generationes a mense maio ad octobrem usque. Cum flores adsunt, in eis larvae degunt potius quam in gemmis.

Cecidia. — As larvas desta *Perrisia* criam-se nos gommos transformados, laterais ou terminais, de *Cucubalus baccifer* L. desde maio até outubro, em successivas gerações. Estes gommos, ovais ou globosos, são formados de fôlhas modificadas, estreitamente imbricadas, de cor roxa ou verde, um tanto hypertrophiadas, cobertas de pêlos anormais, em maior número na face inferior do limbo, muita vez tirantes a roxo como as fôlhas. Os botões assim modificados, entre cujas fôlhas vivem as larvas gregárias, são de tamanho variável, podendo o comprimento ser superior a 7 mm. e a grossura a 6 mm. Quando aparecem as flores, as larvas criam-se nellas de preferência. As flores neste caso de ordinário ficam pequeninas, não chegando a desabrochar. O cálix é a peça floral que menos modificações sofre, limitando-se não raro a maior número de pêlos na face externa das sépalas do que no estado normal, sendo os pêlos brancos, compridos, não espessos. Contudo, o cálix aumenta às vezes muito em tamanho. A corolla e o androceu conservam-se muito pequenos dentro do cáliz: o gynoceu pouco sofre e conserva-se pouco menos que normal. Às vezes as flores não se chegam a ver, porquanto ao botão floral atacado crescem-lhe as folhinhas que ficam imbricadas e conservam no interior as flores, vivendo as larvas brancas entre estas diferentes peças.

A metamorphose faz-se na terra e não dura mais de um mês, de sorte que as imagos começam a aparecer em junho do 1.^º anno.

HESPAÑHA: Nas margens do rio Minho, Tuy, 1914, 1915 e 1918.

É provável que a esta espécie se deva também referir uma cecídia que encontrei em tempos (por 1906) no Choupal (Coimbra), se bem me lembro nos gommos desta mesma planta, durante o mês de julho.

Annotatio. — Praeclarus Prof. Dr. J. J. Kieffer sub nomine *Perrisiae cucubali* cecidum descripsit in *Bull. Soc. Hist. Nat. Metz*, vol. 26, 1909, p. 6. Hoc volumen mihi non est; ignoro ergo utrum cecidum hujusmodi idem atque meae speciei sit necne. Cum vero cl. Auctor cecidum tantum descripsit, id non sufficere ad speciem constituendam nemo non videt.

Perrisia Herminii Tav.

(Brotéria, vol. 1, 1902, p. 182-183)

Longitudo corporis: ♂ 1,5-2,2 mm.

♂ Coloris subrubri; tres fasciae amplae mesonoti, vertex, sternopleurae, mesophragma, ac 1^{as} forcipis articulus coloris brunei; antennae et pedes subbrunei; quandoque abdomen subalbidum, et latera thoracis lutea; sternita et tergita abdominis fascia lutea, subbrunea vel brunea, late interrupta in medio, instruuntur.

Palpi longi, squamosi, de more 4-articulati, praeter palpigerum. Art. 1^{as} in tertia parte basali contractus, caeterum crassitudine 2^{um} aequans. 2^{as} primo non longior, plusquam sesquilonior quam crassior; 3^{as} triplo, 4^{as} quater longior quam crassior.

Antennae 2+13- vel 2+14-articulatae (in Gallaecia), vel 2+16-articulatae (in Lusitania). Specimina quae obtinui gallaecia duos ultimos articulos in unum coalescentes sistebant, sine collo et sine ulla contractione inter eos. Art. 1^{as} fere aequa longus atque crassus, 2^{as} aliquanto crassior quam longior. Articuli funiculi nihil speciale habent, nisi quod setae sunt validae, et omnes fere curvae (concavitas de more articuli apicem respicit). Art. 3-4 1 1/4 longiores quam crassiores, caeteri aliquanto praecedentibus breviores, aequales inter se, ultimi 4 graciliores. Articulus ultimus in speciminiis gallaecis 1/2 penultimo longior, saltem in speciem e duobus coalescentibus compositus. Collum 3^{as} art. 1/3 longitudinis articuli aequat, in 4° 2/3 longitudinis articuli superat; in 5-10 fere longitudinem articuli attingit; in sequentibus brevius est et 2/3 longitudinis articuli aequaliter vel excedit.

Squamae in vertice adsunt, in tertia parte basali mesonoti (parum frequentes), in halteribus, in ala, pedibus et abdome.

Alae hyalinæ, squamis obsitae pilis mixtis in ora antica ad extremitatem usque cubiti, in radio, in tertia parte basali orae pos-

ticae et venae posticalis. Cubitus longe ab extrema ala recedit, et in loco ubi finit vena costalis interrupitur.

Tarsorum unguiculi empodium aequant. Dens infernus haud magnus. Longitudo comparata partium peduin, a femore incipiendo, si ut unitatem metatarsum adhibeas, haec est:

Pedes antici — 8:8,3:1:7,4:3:2:1.

Pedes medii — 8,5:8,5:1:6,7:3,2:1,7:1,1.

Pedes postici — 9:9:1:7,5:3,7:2,3:1,3.

Unde compertum est tibiam femur aequare; 1^{us} tarsorum artculus aliquanto femore et tibia brevior est, ut patet.

Forceps de more in hoc genere. Lamellula superna latior et brevior quam inferna.

♀ mihi nunc nulla est, ideoque eam hic non describo.

Pupa incognita.

Larva. — Eam l. c. jam olim descripti, sed in hoc falsus sum quod verrucas spiniformes nullas crediderim. Eae enim in parte inferna corporis reapse adsunt. Papillae terminales, quaternae et quaternae in utroque latere positae, laterales, dorsales et duae ventrales posticae valida seta instruuntur. Quatuor papillae ventrales anticae sunt maxima, nulla seta ornatae. In duobus ultimis thoracis sternitis has quoque papillas videbis, hoc tantum discrimine, quod duae tantum sunt in unoquoque sternito. Spatula sternalis lutea, antice in duos lobos obtusos profunde divisa. Papillae sternales in primo sternito seta instructae, in 2º et 3º sternito quasi pseudopodium efficere videntur. Papillae pleurales internae in tribus sternitis, modo prorsus novo in *Perrisiis* se habent. Una minor est inermis, aliae duae setigerae (Lam. v, fig. 5); in papillis intermediis duae sunt setigerae, tertia desideratur; papilla externa inermis; in 2º et 3º sternito haec papilla externa seta valida gaudet. Corpus totum verrucis cingentibus subconicis tegitur. Color ruber. Longitudo corporis: 2,5-2,8 mm.

Cecidia. — Gommos terminais muito hypertrophiados, globosos ou mais ou menos ovais, de tamanho variável, podendo o diâmetro atingir 12 mm., constituidos por fôlhas verdes, mais curtas e muito

mais largas de que as normais, estreitamente imbricadas, sendo as interiores as mais pequenas, de cór muito mais clara, curvas e cobrindo-se umas às outras completamente. Entre estas fôlhas internas vivem as larvas vermelhas — de 1 a 3 e pode ser mesmo mais — em sociedade. As cecídias principiam a ver-se em julho, crescem até setembro e outubro, caindo então as larvas em terra onde passam o inverno, aparecendo a imago em julho do 2.º a. Na Est. I, fig. 16 e na Est. XIII, fig. 7 e 20 do vol. IV, 1905, da Brotéria, pode o leitor ver as cecídias.

No *Halimium occidentale* Wk.

PORTUGAL: Estrêlla, Gerês, Sameiro, Monte Santa Luzia (Vianna do Castello), Pedras Salgadas.

HESPÂNHA: Tuy, Salcedo, Lourizán (Pontevedra), Carballino (Orense).

Perrisia halimii Tav.

(Brotéria, vol. I, 1902, p. 183)

Larva. — Rubra, 2,5 mm. longa, solitaria, quandoque binae vel ternae in eodem cecidio; verrucis cingentibus tecta subconicis. Est valde similis larvae *Perrisiae Herminii*, a qua discriminatur:

1) setis papillarum, praesertim terminalium, longioribus; 2) praecipue spatula cuius incisio est latior et minus profunda, et papillis pleuralibus quae minus alte sunt positae, sicut videre potes in fig. 4, Lam. v. Caetera omnia ut in larva *Perrisiae Herminii* Tav.

Pupa incognita.

Imago. — Nullum mihi nunc est specimen ideoque imaginem describere supersedeo; caeterum jam l. c. descripsi ♀, discriminata inter imaginem hujus speciei et *Perrisiae Herminii*; quae quidem discriminata haud magni momenti sunt, tum in larvis, tum in imaginibus. Cum pupae cognoscuntur utriusque speciei, forsitan aliquod aliud discrimen invenietur. Nunc praecipua differentia in cecidiis utriusque speciei constituitur.

Cecidia. — Gommos terminais e axillares transformados numa cecídia pubescente, de cór vermelha, raro verde, fusiforme, composta de duas fôlhas novas que se arqueiam e soldam em toda a margem

e terminam superiormente em bico. Na cavidade assim formada vive uma larva vermelha, raras vezes duas ou três, cuja metamorphose se faz na terra, apparecendo a imago em julho do 2.^o a. As larvas deixam-se cair em terra em agosto e setembro. As cecídias estão photographadas na Est. XIII, fig. 2, 4, 5, 6 e 22 do vol. IV, 1905, da Brotéria.

No *Halimium heterophyllum* Spach.

PORTUGAL: Arredores de Setúbal.

No *Halimium occidentale* Wk.

PORTUGAL: Estrélla (Manteigas e Sanatório da Covilhã).

HESPAÑA: San Blas na freguesia de Salcedo (Pontevedra) e Carballino (Orense).

Perrisia ilicis Tav., nov. sp.

Longitudo corporis: ♀ 2-2,5 mm.

♂ Corpus albidum, in subruberum vel in luteum, præsertim in thorace, vergens; mesonotum, sternopleurae, mesophragma et vertex coloris brunei; scutellum, antennae et pedes subbrunei coloris. Abdomen in tergitis vitta transversa lata e squamis deauratis insignitum. Praeterea squamas videbis in pedibus, halteribus, alis et palpis. In parte antica mesonoti et in vertice etiam aliquas paucas squamas, pilis admixtas, non facile conspicies.

Palpi 4-articulati, praeter palpigerum conspicuum. Articuli 1-2 satis crassi, aliquanto longiores quam crassiores, 2^{us} paulo longior 1^o; 3-4 valde longi, graciles; 3^{us} fere quater, 4^{us} fere sexies longior quam crassior.

Antennae 2+13-articulatae, articulis funiculi omnibus sine collo conspicuo. Art. 1^{us} fere aequa longior atque crassior, 2^{us} transversus, circiter $\frac{1}{3}$ crassior quam longior. Articuli funiculi de more duobus verticillis setosis et duobus monilibus, quae inter se longitudinaliter duobus filis uniuntur, instructi. Verticillus setosus distalis aliquot setas curvas in medietate basali ostendit (convexitas basim articuli respicit). Articuli sunt omnes circiter aequales, truncconici, 1 $\frac{2}{3}$ longiores quam crassiores, si ultimum demas ellipticum et duplo longiore quam crassorem. Oculi in vertice de more large confluentes.

Alae hyalinae squamis, quibus pili miscentur, in ora antica usque ad punctum ubi desinit cubitus, instruuntur. Squamas etiam in radio, qui est brevissimus, et in ora postica alae juxta basim videbis, immo nonnunquam in basi quoque venae posticalis. Cubitus satis ab extrema ala recedit; vena costalis interrupitur ubi cubitus desinit. Rami furcae parum incurvi et parum conspicui.

Unguiculi de more bidentati, aliquanto breviores empodio. Pulli perbelle conspicui. Longitudo comparata partium pedis, a femore incipiendo, haec est :

Pedes antici — 8,7 : 8,5 : 1 : 5,8 : 3,5 : 2,3 : 1,3.

Pedes medii — 7,7 : 9 : 1 : 5,4 : 3,5 : 2,2 : 1,1.

Pedes postici — 9,4 : 9 : 1 : 6 : 3,3 : 2,4 : 1,3.

Primus tarsorum articulus est igitur satis brevior femore ac tibia.

Ovipositor de more valde longe protractilis (abdominis longitudinem fere aequare potest), cavitate triplo longiore quam latiore.

Metamorphosis sub terra.

Mas et larva incogniti.

Pupa. — Exuviae hyalinae de more, 2 mm. longae; aculei desiderantur omnes. Stigma thoracale septies longius quam crassius, fere $\frac{1}{3}$ brevius seta cervicali. Vagina pedum anticorum basim 5¹ somiti tangit, vagina pedum mediorum 5^{um} somitum fere aequat, ac vagina pedum posticorum basim 6¹ somiti aliquantum superat. Spinulae dorsales luteae, parvae, frequentes, in ordines conspicuos et distinctos non positae.

Larva incognita gignitur in foliis *Quercus ilicis*, apud Sobral do Campo (Beira Baixa, in Lusitania), probabiliter commensalis *Contariniae luteolae* Tav.

Annotatio. — Haec species e terra, exeunte hieme, evolavit sub vitro poculo, ubi tantum cecidia *Contariniae luteolae* Tav. foliorum *Quercus ilicis* L. (cfr. Brotéria, vol. IV, 1905, Est. III, fig. 7 b) servabam. Estne commensalis? Fieri sane potest. Estne auctor horum cecidiorum quae olim (Brotéria, vol. I, 1902, pp. 34-35) ut opus *Contariniae luteolae* descripsi? Probabile quidem non videtur. Cecidia mihi comiter ab amico — dominus João do Rosario Saraiva — hieme ineunte 1917, e Sobral in Lusitania,

missa sunt, ubi olim *Contariniae luteolae* duas cecidiorum formas inveni (cfr. Brotéria, vol. iv, 1905, Est. iii, fig. 7, 7 b, 7 c). Sex foeminas obtinui.

Haec species optime a *Perrisia squamosa* Tav. discriminatur palpis, in quibus, praeter 4 articulos, palpiger adest, corpore multo minus squamoso, ac longitudine majore articulorum antennarum, pedum et cavitatis ovipositoris.

PORUGAL: Sobral do Campo (Beira Baixa).

Perrisia squamosa Tav., nov. sp.

Longitudo corporis: ♂ 1 mm.; ♀ 1,5 mm.

♂♀ Sublutei coloris (♀ subluteo-subruba); mesonotum, mesophragma, sternopleurae, vertex et capitis latera coloris brunei vel subbrunei. Antennae subluteae, praeter articulos scapi quandoque subalbidos. Pedes longitudinaliter partim subbrunei, partim subalbidi. Vittae adsunt bruneae in tergitis abdominis, latae, transversae, squamis deciduis tectae, quibus vittis respondet in sternitis ♂, quandoque et ♀, duplex linea, late in medio interrupta, subbrunea et pilosa.

Squamae adsunt frequentes in hac specie in ora antica alarum usque ad locum ubi cubitus desinit, in ora postica (in $\frac{1}{3}$ vel $\frac{1}{4}$ basali), in radio, in cubito, immo et in tertia parte basali venae posticalis, pilis permixtae; in pedibus, in halteribus, in tergitis abdominis, in vertice, in duabus tertii partibus anticis mesonoti (parum frequentes et pilis admixtae), in omnibus palporum articulis et in articulo basali forcipis. Squamae longitudinaliter et transverse sunt striatae, plerumque muticæ, semper caducae, in palpis longe minores et ut plurimum acuminatae, rarae, tantum (ut videtur) longitudinaliter striatae.

Palpi longi, 4-articulati, squamis rarissimis instructi. Articulus 1^{as} minimus, potius ut palpiger habendus esset, 2^{as}, omnium crassissimus, circiter duplo longior quam crassior (♀), vel sesqui-longior quam crassior (♂), art. 3^{as} duplo cum dimidio (♀) vel triplo longior quam crassior (♂); 4^{as}, omnium longissimus, aliquanto plusquam quinques longior quam crassior.

Oculi in vertice large confluentes.

Antennae ♀ 2 + 13-articulatae; art. 1-2 vix longiores quam

crassiores. Articuli flagelli trunco-conici, praeter ultimum subovatum, sine collo; art. 3^{us} aliquanto plusquam sesquilongior quam crassior, reliqui aliquanto plusquam $\frac{1}{2}$ vel $\frac{1}{3}$ longiores quam crassiores. Articuli dupli monili ornantur adpresso, altero post tertiam partem basalem posito (in art. 3-4 fere in medio), altero in articuli apice. Haec duo monilia vitta longitudinali ex utroque latere conjuguntur. Insuper dupli distinguuntur verticillo setoso, quorum alter in basi, alter parum ante apicem articuli prostat.

Antennae ♂ 2+13- vel 2+14-articulatae; articuli 3-4 concrecentes; semel vidi art. 15-16 coalescentes in unum, sine collo. Verticilli in flagello sicut in aliis *Perrisiis*, sed post medium articulum setae prostant validae, curvae, frequentes et ita longae ut duplo excedant longitudinem setarum, quae sunt in basi articuli. Art. 1-2 transversi; art. flagelli subcylindrici, si ultimum demas subovatum, prominentiores ex uno latere, primo circiter $\frac{1}{3}$ longiores quam crassiores, dein parum decrescentes longitudine, art. 10-15 vix longiores quam crassiores in medio, ultimus sesquilongior quam crassior. Collum ubique satis longum: in art. 3^o $\frac{1}{4}$, in 5-6 fere dimidium, in 7-11 plusquam $\frac{2}{3}$ longitudinis articulorum aequans; in reliquis decrescens longitudine, in penultimo vix aut ne vix quidem dimidiata longitudinem articuli attingens.

Alae hyalinae, squamis instructae in ora antica, radio, cubito, in tertia parte basali venae posticalis, et in ora postica, ut supra memini. Cubitus satis incurvus, longe ab extremitate alae desinit, nervo costali ibi interrupto. Rami furcae parum curvi, et parum conspicui. Radius brevis.

Unguiculi tarsorum bidentati, dente inferno magno, empodium unguiculos aequans vel parum superans; pulvilli longi, circiter ad dentem infernum perducti. Pedes breves. Eorum longitududo comparata, si metatarsum ut unitatem sumas, haec est, a femore:

Pedes antici	$\left\{ \begin{array}{l} \delta - 6,2 : 7,5 : 1 : 6 : 2,8 : 2,2 : 1,5 \\ \varphi - 6,8 : 7,2 : 1 : 5,2 : 2,3 : 1,8 : 1,3 \end{array} \right.$
Pedes medii	$\left\{ \begin{array}{l} \delta - 6 : 7,5 : 1 : 6 : 2,8 : 2,1 : 1,5 \\ \varphi - 6,3 : 6,5 : 1 : 5,5 : 2,7 : 1,8 : 1,4 \end{array} \right.$
Pedes postici	$\left\{ \begin{array}{l} \delta - 7 : 7,5 : 1 : 6,9 : 3,5 : 2,4 : 1,8 \\ \varphi - 6,6 : 7 : 1 : 7 : 3 : 2,4 : 1,5 \end{array} \right.$

Ergo 1^{us} articulus tarsorum fere aequat longitudinem femoris brevioris quam tibia.

Ovipositor ut in aliis *Perrisiis*, cavitate 2 $\frac{2}{3}$ longiore quam crassiore; lamellā inferna bene conspicua.

Forcipis analis articulus distalis subconicus, haud crassus, paucis pilis brevibus et pectine in extremitate instructus. Lamellulae longitudine fere aequales, profunde bilobae; inferna angusta, lobulis subacutis; superna lata, lobulis obtusis. Stilus lamellulas parum superat.

Larva et pupa incognitae.

Annotatio.—Asserere nequeo hanc speciem cecidogenicam esse, quamvis valde probabile id mihi videatur. Hoc unum certo affirmare possum, larvas alitas esse in *Q. lusitanica* Lam. et in *Q. pedunculata* Ehrh. vel in *Q. Toza* Bosc., Carballino in Gallaecia. Imago mense septembri anni primi, 1916, prodiit. Unum specimen mense martio anni 2^o evolavit.

Ad quod genus hanc speciem revocarem, diu anceps haesi. Notae pleraque genus *Perrisia* indicant; sed articulus primus palporum potius ut palpiger quam ut verus articulus habendus esset. Si vero palpi ut triarticulati considerentur, haec species in gen. *Dryomyia* locari non potest, cum extremitas cubiti satis longe ab extrema ala recedat. Ad alia genera cognita etiam revocari nequit, ideoque novum genus constituere opus esset. Hac de causa hanc speciem in *Perrisia* relinqu. Ad squamas quod attinet, non paucae sunt *Perrisiae*, quae illas in palpis sistunt. In *P. subpatula* Bremi illas in palpis, in vertice et in mesonoto conspexi. *P. lychnidis* Heyd., quam modo e Gallia cl. Dr. Riel mihi misit, omnino eodem modo ac mea haec species se habet. Nam primus articulus etiam potius ut palpiger putandus foret, ideoque primo conspectu eam speciem ut *Dryomyiam* habui, quae squamas in palpis, vertice, mesonoto, scutello, mesophragmate, alis (incl. cubito et radio), abdomen, et in primo forcipis articulo habet: ad *Dryomyiam* tamen ob cubitum ab extrema ala satis recedentem trahi nequit, ideoque vel in *Perrisia* est relinquenda, vel novum genus constitueri oportet, sicut in *P. squamosa* accidit.

Cecidia.—Frutos novos da *Quercus pedunculata* Ehrh. e da *Q. lusitanica* Lam. atrophiados, cúpula com uma ou mais fendas, às vezes com verdadeiras falhas na borda, criando-se as larvas solitárias, brancas, na parede interna da mesma cúpula no tecido sotoposto à epiderme, sem câmara larval distincta, seccando o mesmo tecido em volta da larva, e tomado cônzentro-esbranquiçada.

A larva fica situada a meia altura da parede lateral, ou então quase na base da cúpula.

Juntamente com estes frutos, colloquei num copo embrorcado sobre a terra algumas fôlhas de *Quercus Toza* Bosc que tinham cecídias provavelmente de *Andricus trilineatus* Hart. As cecidomyias apareceram em setembro do 1.º anno. Em razão do que fica exposto, neste momento não posso asseverar que as larvas que se criaram nas cúpulas sejam realmente as que deram origem às imagos aqui descriptas, ou se estas vieram de larvas que de qualquer forma cresceram nas fôlhas de *Quercus Toza* Bosc. Serão, portanto, necessárias novas observações. Parece-me, porém, muitíssimo provável que as imagos provenham das larvas dos frutos.

d) — DIPLOSARIAE

Contarinia scoparii Rbs.

(Rübsamen, Zeitschr. wiss. Insektenbiol., vol. vi, 1910, p. 418)

Longitudo corporis ♂: 1,8 mm.

Color subluteus vel albidus, in thorace subruber; antennae et pedes subbrunei; forcipis articulus basalis, vittae latae in sternitis et tergitis abdominis, mesonotum, scutellum, mesophragma, sternopleurae, pars postica verticis coloris brunei. Basis primi tergiti ovipositoris vitta transversa brunea lata distinguitur. Vittae abdominales in lateribus duabus maculis albidis vel una tantum decorantur, praeter alias minimas, quas ubique conspicias. Harum vittarum extremitates plus minus incisas videbis.

Palpi longi 4-articulati, de more. Art. 1^{as}, 1 1/2 longior quam crassior; 2^{as} duplo; 3^{as} fere triplo; 4^{as} plusquam 3 1/2 longior quam crassior.

Antennae ♂ 2 + 12-articulatae. Uterque scapi articulus transversus. Noduli omnes funiculi subaequales, dupli circumdati verticillo, altero setoso post basim posito, altero arcuato, cujus arcus (8 videntur) ubique sunt longi, saltem 2/3 verticilli setosi aequantes, fere aequaes in utroque nodulo. Noduli sunt subovati, praeterquam in art. 3-4, ubi fere elliptici sunt et 1 1/4 vel 1 1/5 longiores quam crassiores. Art. 3-4 non coalescunt. Noduli art. 5-10 fere aequae

longi atque crassi, sequentes transversi. Ultimus appendice insignitur cylindrica et brevi, $\frac{1}{3}$ longitudinis noduli aequante. Collum primum et secundum ubique longum. In art. 3º tum primum tum secundum collum medianam longitudinem noduli superat; in 4º collum primum medianam longitudinem noduli superat; collum vero secundum longitudinem noduli aequat. In sequentibus autem articulis, collum primum et secundum primo aequant, dein distinete longitudinem noduli respondentis excedunt.

In ♀ antennae 2 + 12-articulatae. Articuli scapi transversi. Art. funiculi in medietate basali antennae aliquantum contracti ante medium, in medietate vero distali cylindrici, omnes collo satis longo, ac duplice verticillo setoso et duplice monili adpresso instructi, quorum alterum post medietatem basalem in primis articulis prostat, in aliis vero in medio articulo. Quandoque filum, quod duo monilia longitudinaliter jungit, evanescit, et monilia ex utroque latere directe coalescent in brevi spatio. 3^{us} art. triplo longior quam crassior, 4^{us} duplo, sequentes 1 $\frac{2}{3}$, ultimi fere duplo longiores quam crassiores. Collum 3ⁱ art. $\frac{1}{5}$, in aliis ferme $\frac{1}{3}$ longitudinis articuli aequat. Articulus ultimus appendice brevi aliquantum subconica instruitur.

Alae de more ciliatae, sine squamis, hyalinae. Cubitus parum curvus post extremam alam desinens, vena orali ibi interrupta.

Pedes haud squamosi. Unguiculi tarsorum de more simplices, aliquanto empodio breviores. Si ut unitatem metatarsum eligas, en tibi partium pedis comparata longitudo, a femore incipiendo:

Pedes antici	$\left\{ \begin{array}{l} \delta - 10:10:1:6,5:3,2:2:1,5. \\ \text{♀} - 8:8,8:1:5,6:2,6:1,7:1,3. \end{array} \right.$
Pedes medii	$\left\{ \begin{array}{l} \delta - 10:10:1:5,7:3:2:1,3. \\ \text{♀} - 8:8,8:1:5:2,6:1,7:1,3. \end{array} \right.$
Pedes postici	$\left\{ \begin{array}{l} \delta - 10,5:11,5:1:7,7:4:2,6:1,7. \\ \text{♀} - 11:10:1:6,5:3,6:2,1:1,3. \end{array} \right.$

Hinc patet pedes in ♂ longiores quam in ♀, tarsosque breves esse.

Genitalia de more. Extremitas ovipositoris satis profunde est bifida.

Pupa. — Exuviae hyalinae, 1,5 mm. longae. Aculei cervicales minimi, simplices; sedata cervicalis externa longa, dimidium longitudinis stigmatis thoracalis superans; interna nulla. Stigma thoracale 12 longius quam crassius in basi. Spinulae dorsales luteae, in septem tergitis positae, pleraeque bicuspides vel tricuspides. Verrucae abdominales delicate uni-, bi-, vel tri- quatuorve dentatae. Setae dorsales et laterales desiderantur.

Larva. — Aurantiaca, 1,5-2 mm. longa, solitaria vel gregaria. Omnes papillarum setae desiderantur, si papillas demas terminales, ubi tamen in duabus desunt papillis centralibus, quae aliis majores sunt. In his autem papillis terminalibus setae valde breves sunt. Papillae sternales internae et intermediae ternae sunt, externa unica. Spatula lutea, profunde in duos lobulos acutos divisa (Lam. IV, fig. 12) vel subobtusos. Juxta oram anticam tergitorum in abdomen verrucas spiniformes videbis, in unum ordinem positas. Larvae quae in *Adenocarpus intermedius* DC. aluntur, e cecidio mense maio et junio ineunte decidunt, et sub terra conteguntur ad metamorphosim peragendam; e terra mense martio, anno secundo, imago evolat. Larvae autem quae in *Cytisus* et in *Sarothamnus* gignuntur, citius e cecidio exeunt et terram petunt.

Annotatio. — Meam hanc descriptionem cum descriptione imaginis, pupae et larvae a cl. Rübsaamen facta comparare non potui, quia volumen in quo edita est non habeo, et hoc bellorum tempore emere nequeo. Specimina imaginis obtinui in Gallaecia, tum e cecidiis *Adenocarpi*, quae hucusque nota non erant, tum e cecidiis *Sarothamni*.

Cecidia. — É verde ou de cor amarellada, mais ou menos fusiforme ou então ovóide, situada ordinariamente no eixo do raminho perto da extremidade (Est. I, fig. 10, 11, 12), menos vezes no râchis commun da fôlha trifoliada, muito raramente no pecíolo de um dos folíolos. Às vezes occupa o eixo do raminho e parte da fôlha. Dimensões variáveis, sempre pequenas — 2-4 mm. de comprimento por 1,3-2 mm. de grossura — a não ser quando se soldam varias cecídias no raminho, o que é freqüente, curvando-se geralmente neste caso o mesmo raminho abaixo da cecidia. Nestas circunstâncias, as câmaras larvais fundem-se numa só, havendo várias larvas (contei até 5) em sociedade. Nas cecídias simples há

uma só larva. As cecídias, quando se soldam, ficam maiores, como é natural. À superfície destas inserem-se várias fôlhas, o que prova que houve contracção dos entre-nós. A parede da cecídia é pouco grossa. Não há cecídia interna, sendo a cavidade larval bastante grande e com a forma da cecídia. Esta cria-se no princípio da primavera, saíndo as larvas para a terra na segunda quinzena de maio e na primeira de junho. A imago sai em março do 2.º anno. No *Adenocarpus intermedius* DC.—Galliza: Tuy e Pontevedra onde é commun, posto que pouco abundante.

A descripção da cecídia que aí fica refere-se à que se cria na *Adenocarpus*; no *Sarothamnus Welwitschii* Bss. e também noutras espécies do mesmo género cresce abundantemente nos arredores da cidade de Pontevedra. Em Portugal, encontrei-a no *Cytisus albus* Lk. e no *Sarothamnus grandiflorus* Webb. Vegeta nos gommos que ficam mais ou menos ovais (Est. 1, fig. 19), no pecíolo das fôlhas trifoliadas (Est. 1, fig. 16, 17), entrando muita vez na sua constituição um, dois ou os três folíolos, ou ficando estes rudimentares; raro é formada só pelos folíolos, sendo excluído o pecíolo commun ou râchis. Por vezes, a cecídia desenvolve-se na base de uma flor (Est. 1, fig. 18), não a deixando desabrochar. A cecídia é carnuda até à saída das larvas para a terra, verde-amarellada, às vezes com laivos côn de rosa ou mesmo só desta côn, pelúda como as fôlhas, mais ou menos oval (gommos do *Sarothamnus*), um tanto fusiforme (*Adenocarpus*), ou mais ou menos ellíptica, podendo crescer até ao tamanho de um grão de milho. A cecídia aparece por março, abril e maio, cria-se rapidamente, cahindo em breve a larva (uma só em cada cecídia) em terra onde se metamorphoseia, saíndo a imago no março seguinte.

HESPAÑA — No *Adenocarpus intermedius* DC. Pontevedra e Tuy. No *Sarothamnus Welwitschii* Bss. Pontevedra.

PORTUGAL — No *Sarothamnus grandiflorus* Webb. Matta do Fundão.

No *Cytisus albus* Lk. Serra da Gardunha.

Contarinia pimpinellae Tav.

(Brotéria, v. 1, 1902, p. 32-33)

Longitudo corporis: ♂ 2 mm.; ♀ 2,5 mm.

♂ Color subluteo-subbruneus, vel subluteo-albidus. Thorax, praeter mesopleuras, ac vertex coloris brunei. Antennae subbruneae vel quandoque bruneae. Pedes sublutei. Tergita abdominis fascia transversa brunea sine squamis, duobus punctis albidis insignita, instruuntur. In ♂ hae fasciae quandoque non apparent, vel pro illis duas supponuntur lineae. In ♀ etiam sternita saepe fascia gaudent, attamen minus conspicua quam in tergitis. Abdominis latera globis pilorum minutissimorum teguntur; ibi duas videbis lineas longitudinales punctorum albidorum, ubi globi pilorum desiderantur.

Palpi 4-articulati, praeter palpigerum, qui ut quintus articulus haberi potest, haud valde longi; art. 1^{us} vix longior quam crassior, 2^{us} 1 1/3, 3^{us} 2 1/2, 4^{us} ter longior quam crassior.

Antennae ♂ 2 + 12-articulatae, binodulosae, nodulis omnibus verticillo setoso et verticillo arcuato longo instructis. Verticillus arcuatus dimidium saltem verticilli setosi attingit. Nodus basalis est subovatus, si articulos 3-4 excipias, ubi est fusiformis; fere aequo longus atque crassus aut aliquantum transversus. Noduli vero distales sunt fusiformes, nunquam transversi, sed paulo longiores quam crassiores; ultimus appendice crassa dimidium longitudinis noduli aequante gaudet. Collum primum in 3º art. 1/3 longitudinis noduli basalis parum superans, in 4º dimidium aequans, in sequentibus 2/3 aequans vel superans, 1/2 attingens in art. 13-14. Collum secundum in 3º art. dimidium longitudinis noduli apicalis aequans, in sequentibus 2/3 attingens, in 13 1/2 parum superans. Articuli scapi aliquantum transversi.

Antennae ♀ 2 + 12-articulatae, articulis funiculi minutis, 3º aliquantum contracto in medio, caeteris cylindricis, collo quidem brevi sed ubique conspicuo, ultimo articulo appendice crassa, 1/3 longitudinis articuli attingente. Art. 3^{us} vix 4º longior, plusquam 1 2/3 longior quam crassior; art. 5-14 longitudine ferme aequales, circiter sesquiloniores quam crassiores.

Squamae ubique desiderantur. Alae de more in hoc genere hyalinae, ciliatae; cubitus, aliquantum incurvus, post extremam

alam desinit, ubi vena costalis interrupitur. Fere semper vestigia venae transversalis conspicias, imo quandoque haec vena fere radium attingit. Ramus supernus furcae satis curvus, infernus satis oblique inseritur. Tarsorum unguiculi simplices empodium circiter aequant. Longitudo comparata partium pedis, si ut unitatem metatarsum habeas, haec est:

Pedes antici	$\{\delta - 7:8:1: \dots \dots \dots$
	$\{\varphi - 7:6,5:1:4:2,2:1,6:1,2.$
Pedes medii	$\{\delta - 8,5:8:1:5,2:3:1,7:1,2.$
	$\{\varphi - 7,7:9:1:4,6:2,6:1,9:1,2.$
Pedes postici	$\{\delta - 9:8,6:1:7:4:1,9:1.$
	$\{\varphi - 8,8:7:1:5:3:1,7:1,2.$

Unde patet pedes non esse longos. Proprium quid hujus speciei est tarsorum brevitas, praesertim 1st articuli, ut in formula vides.

Genitalia nihil speciale prae se ferunt.

Haec species in cecidiis *Pimpinellae villosae* Schousb. alitur. Metamorphosis in cecidio, quod quidem rarissime in hoc genere fit.

Pupa. — Exuviae hyalinae, 2 mm. longae. Stigma thoracale luteolum, sexies longius quam crassius in basi. Setae cervicales internae nullae, externae valde longae, 2 1/2 longiores stigmata thoracali. Setae dorsales et laterales ac spinulae dorsales adsunt. Hae vero spinulae, simplices ac parvae, tertiam parte anticam tergitorum capiunt. Aculei desiderantur, si cervicales minimos excipias.

Larva. — Rubra, solitaria, aurantiaca, *non nuda* sicut in aliis hujus generis speciebus, sed verrucis cingentibus subhemisphaericis tecta. Spatula longa, biloba, lobulis obtusis. Setae adsunt laterales validae et longae, et dorsales haud valde breves. Papillae terminales omnes seta crassa et valde brevi instruuntur, exceptis duabus quae longa seta gaudent.

Aunotatio. — Ex dictis patet hanc speciem singularem non uno nomine dici posse. Nam 1) metamorphosis certo certius in cecidio peragitur; 2) larva verrucis cingentibus contegitur; 3) setae dorsales et laterales longae sunt, contra ac fieri solet in larvis aliarum specierum. Ad metamorphosim quod spectat, cl. Prof. Dr. J. J. Kieffer (*Cecidomyidae, in Genera Insectorum, 1913, p. 179*) asserit nullam *Contariniam*, excepta fortasse *luteola* Tav., metamorphosim agere nisi sub terra. Circa *Contariniam luteolam*, novis

observationibus opus est, quas ego nunc facere non queo, cum in regione, ubi dego, *Quercus ilex* L. desideretur. Non mihi tamen videtur valde probabile quod falsus sim in meis observationibus, indubitanter enim asserui l. c., p. 35, metamorphosim in cecidio fieri. At metamorphosis *C. pimpinellae* in cecidio nullo modo in dubium vocari potest.

Ex dictis etiam liquet meam primam descriptionem hujus speciei (l. c., p. 32) mancam et egenam esse. Quod spinulas dorsales pupae attinet, falsus sum in ea descriptione, certo enim adsunt, quamvis parvae sint. Setae cervicales etiam longiores quam ibi dico, sunt.

Cecidia. — Eis a descrição que apresentei na minha *Synopse das Zoocecidas Portuguesas* (Brotéria, v. IV, 1905, p. 40): «Engrossamento mais ou menos fusiforme dos ramos (Est. 1, fig. 2 e 2''), poucas vezes do caule ou dos raios da umbella (Est. 1, fig. 2'), com um comprimento de 5-8 mm. e grossura de 3-5 mm., quando o diametro do ramo normal é 1 mm. Às vezes soldam-se varias cecidias, ficando deformadas e não raro separadas por um como gargalo. Superficie exterior verde, sulcada longitudinalmente; paredes bastante grossas (1-1,5 mm.), não lenhosas; cavidade larval unica e situada no eixo da cecidia.

Met. na cec. App. na 1^a quinzena de julho do 1º a., saindo a imago por um orificio que a larva deixou coberto só pela epiderme.»

A cavidade larval não tem forma determinada. A larva é solitária e, antes de se metamorphosear, mina uma galeria na parede até à superfície externa que fica apenas coberta pela epiderme, de sorte que a pupa não tem mais que romper essa epiderme, deixando as exúvias no orifício ou mais freqüentemente no chão. As cecídias, de que obtive as imagos que me serviram para o estudo em 1918, foram-me obsequiosamente enviadas de S. Miguel d'Acha (Beira Baixa) pela Sr.^a D. Maria Ludovina de Lemos Vianna. A imago saiu por todo o mês de junho do 1º a.

PORTUGAL — Na *Pimpinella villosa* Schousb. — Setúbal, Castello Branco, Lousa, S. Miguel d'Acha, Coimbra e Mirandella.

Contarinia gallaica Tav.

(Brotéria, v. XIV, 1916, pp. 192-195)

Larva. — 2 mm. longa, luteola, gregaria, saltatrix. Omnes papillae inermes, si terminales demas, quarum duae intermediae

sunt inermes, aliae sex seta valde brevi instructae (Lam. iv, fig. 11). Externae sunt gaudent longiore quam supernae et centrales, quae sunt minimae. Spatula sternalis lutea, profunde et arcuatim secta (Lam. iv, fig. 10), lobulis valde obtusis. Papillae sternales et pleurales ut in fig. 10, Lam. ii. Metamorphosis sub terra, unde circiter post 15 dies evolat imago.

Pupa. — Exuviae hyalinae, 1,5-1,8 mm. longae. Stigmata thoracalia novies longiora quam crassiora in basi, 152 μ longa. Setae cervicales 176 μ longae, plusquam 1 $\frac{1}{3}$ longiores quam stigmata. Papillae laterales et dorsales inermes. Spinulae dorsales luteae, multo minus frequentes quam in *C. silenei* Tav. Aculei cervicales nulli.

Cecidia. — É exactamente igual á da *Perrisia raphanistri* (as larvas desta são brancas ou levemente rosadas, e cobertas de verugas cingentes, não dotadas da faculdade de saltar, ao invés das larvas da *Contarinia* que são amarelladas e lisas). As flores não chegam a desabrochar, ficam verdes, ou com laivos vermelhos; cálix muito hypertrophiado, sendo as sépalas maiores em comprimento e sobretudo em largura. Dos estames ficam os filetes muito largos e curtos; as pétalas pouco se desenvolvem e ficam coloridas como as normais; o ovário sai às vezes da flor, ficando o estigma fora; este ovário curva-se um pouco, aqui e ali. A forma da cecídia é curta ou longamente suboval. Dimensões variáveis — comprimento, 5-10 mm.; grossura, 3-5 mm. As larvas gregárias vivem pelo meio dos verticilos florais. A cecídia que tem larvas da *Contarinia* não alimenta as da *Perrisia*, e vice-versa; por onde não há commensalismo. Às vezes no mesmo pé de *Raphanus*, há cecídias de *Perrisia* e outras de *Contarinia*.

Contarinia pontevedrensis Tav.

(Brotéria, v. xiv, 1916, pp. 188-191)

Pupa. — Exuviae hyalinae, 2 mm. longae. Stigmata thoracalia aliquantum in basi contracta, crassiora quam in *C. gallaica* Tav., decies longiora quam crassiora, aliquanto longiora quam setae cervicales, quae sunt longiores quam in *C. gallaica*. Aculei cervi-

cales minimi, conici, simplices. Seta cervicalis est 208 μ ; stigma thoracale est 232 μ longum. Spinulae dorsales ut in *C. gallaica*.

Larva distingui nequit a larvis *C. gallaicae*.

Cecidia. — As cecídias desta espécie não se podem distinguir das de *Contarinia gallaica*, de *C. tudensis*, e de *Perrisia raphanistri*. As três primeiras espécies são grandemente affins. Na Lam. v, fig. 1,2,3 vão desenhados com o mesmo aumento os art. 3-5 das antenas da ♀, para mostrar a diferença do comprimento dos artículos e dos collos nas três espécies. Todas ellas são cecidogénicas, pois nas cecídias onde se encontram larvas de *Contarinia* não aparecem nunca larvas da *Perrisia raphanistri*. As larvas desta são brancas ou levemente rosadas e cobertas de verrugas cingentes e não dotadas da faculdade de saltar, ao revés do que sucede com as larvas das *Contarinias* que são amarelladas, nuas e saltadoras. São, pois, fáceis de reconhecer. Para distinguir as pupas da *Perrisia raphanistri* cujas larvas se metamorphoseiam também na terra, descrevo-lhes em seguida os caracteres:

Pupa da *Perrisia raphanistri* Kiefl. — Exuviae hyalinae, 1,3 mm. longae; seta cervicalis externa 272 μ ; stigma thoracale 136 μ longum. Vagina pedum desinit in extrema parte apicali, vel quasi in extrema parte, in *Contariniiis* vero supra descriptis desinit in 6º sternito abdominali. Spinulae dorsales luteae et frequentiores quam in pupa *CC. gallaicae* et *pontedreensis*.

Contarinia silenei Tav.

(Brotéria, v. XIV, 1916, pp. 112-116)

Larva. — Lutea, 2,5 mm. longa, gregaria, saltatrix. Papillae omnes sine setis, si papillas excipias terminales, quae seta gaudent minima. Papillae tamen terminales centrales, quae sunt intense luteae, seta carent. Spatula lutea in parte superna, quae in lobulos duos subobtusos incisione arcuata dividitur. Metamorphosis sub terra. Caetera de more, ut in aliis larvis hujus generis.

Larvae die 29-VI-1917 apud me terram petierunt; imagines vero die 15-VII-1917 evolare coepereunt, igitur intra 18 dies.

Pupa. — Exuviae hyalinae, 2 mm. longae. Stigmata thoracalia

longa, 12 longiora quam crassiora. Setae cervicales $1\frac{1}{5}$ vel $1\frac{1}{4}$ longiores quam stigmata thoracalia. Aculei cervicales minimi, conici, simplices. Papillae laterales et dorsales inermes. Spinulae dorsales de more dispositae, luteae, valde frequentes et magnae in unoquoque tergito.

Cecidia. — As cecídias desta espécie que é commum criam-se numa série de gerações, durante todo o verão, nas flores de *Melandrium pratense* Roelung (*Lychnis dioica* DC.), e não numa *Silene*, conforme disse quando fiz a descrição da imago (l. c.).

HESPAÑHA: Tuy e Pontevedra.

Atylodiplosis rumicina Tav., nov. sp.

Longitudo corporis: ♂ 1,5 mm.; ♀ 2 mm.

♂ rubri, pedibus antennisque subbruneis. Ala, antequam spiritum contingat, late luteo-maculata; caeterum hyalina. Thorax plerumque est luteo-ruber, mesonotum et vertex brunei coloris. In abdomine nullas vidi transversas vittas.

Palpi breves, biarticulati, praeter palpigerum, qui ut articulus haberi nequit, propter formam truncatam et propter brevitatem (Lam. II, fig. 17). Art. 1^{us} semper 2º brevior, saltem sesquialongior quam crassior est, ac saepe crassior et longior quam in figura 17 adumbratur. 2^{us} art. circiter $2\frac{1}{2}$ longior quam crassior.

Antennae 2 + 12-articulatae; in ♂ articuli funiculi binodulosi subaequales ut in *Contariniis*; art. 1-2 transversi; art. 3-4 coalescentes, nodulis basalibus a distalibus non collo sed contractione separatis; in articulis sequentibus collum primum semper distinctum. Art. 14^{us} appendice minima instructus. Noduli subovati vel globosi, basales primo aequi longi atque crassi, tandem aliquanto crassiores quam longiores; noduli vero distales primo aliquanto longiores quam crassiores, dein aequi longi atque crassi. Noduli omnes dupli insigniuntur verticillo, altero setoso, altero arcuato, cuius arcus (6) fere dimidium longitudinis verticilli setosi aequant. Collum secundum primo dimidium longitudinis noduli non attingit, deinde excedit; collum autem primum ubique $\frac{1}{3}$ longitudinis noduli basalis aliquantum superat.

Articuli funiculi ♀ subcylindrici, cum aliquantum in medio sint contracti (in medietate antennarum distali contractio parum est conspicua); omnes dupli verticillo setoso instructi et duobus monilibus, dupli filo leviter arcuato longitudinaliter unitis. Monilia ad anguis morem leviter inflectuntur. Monile distale plerumque unum arcum satis altum sistit. Art. 3^{us} fere duplo longior quam crassior, sequentes sesquilongiores quam crassiores; ultimus appendice minima instruitur. Collum breve, $\frac{1}{6}$ longitudinis articuli attinens, in articulo 13 vix conspicuum.

Oculi in vertice confluentes. Caput, thorax, abdomen et genitalia globis pilorum minutissimorum vestiuntur. Qui quidem globi in lateribus abdominis et primi somiti ovipositoris longitudinalia lineamenta flexuosa et pulchra describunt. Haec vero lineamenta eminere videntur. Nullibi squamae adsunt.

Alae hyalinae et ciliatae. Quandoque vestigia nervi transversi conspicies. Cubitus, parum curvus, statim post extremam alam desinit, ubi vena costalis interrupitur (pars postica hujus venae cum cubito continuatur). Venae posticalis rami breves et bene conspicui; infernus angulum obtusum efficit, supernus satis curvus.

Tarsorum unguiculi in basi dente minimo et recto instruuntur (Lam. v, fig. 17); eum tamen non facile videbis, praesertim cum pulvillo cooperitur. Empodium satis unguiculos superat. Pedes nullis insigniuntur squamis. Eorum longitudinem comparatam a femore incipiendo et ut unitatem metatarsum considerando, hanc habe:

Pedes antici	$\left\{ \begin{array}{l} ♂ - 7:8:1:4:2,1:1,3:1 \\ ♀ - 7:7:1:3,5:2:1,3:1 \end{array} \right.$
Pedes medii	$\left\{ \begin{array}{l} ♂ - 6,4:7:1:3,6:2,3:1,3:1 \\ ♀ - 6,4:6,7:1:3,3:2:1,3:1 \end{array} \right.$
Pedes postici	$\left\{ \begin{array}{l} ♂ - 8:7,5:1:4,4:2,7:1,6:1 \\ ♀ - 7,5:7,3:1:5,5:2,7:1,6:1 \end{array} \right.$

Patet igitur pedes mediae esse longitudinis, in ♀ breviores quam in ♂, pedes medios anticis et praesertim posticis breviores, quod plerumque fit, ac primum tarsorum articulum satis breviorem femore et tibia esse.

Articulus distalis forcipis conicus, pube et paucissimis pilis

brevibus contextus; basalis satis crassus. Lamellula inferna valde lata, parum profunde in duos lobulos valde obtusos divisa, in sicco, statim post mortem, coloris multo clarioris quam superna. Haec est intense rubra, latior et longior quam inferna, pilis satis longis instructa, valde profunde in duos lobulos obtusos, in basi parallelae, dein aliquantum oblique secta. Tum articulus 1^{us} forcipis, tum lamellulae globis pilorum minutissimorum teguntur.

Ovipositor longe protractilis ut in *Perrisiis* et *Contariniis* (Lam. v, fig. 19), in extremitate 2¹ somiti duabus lamellis lateribus, in basi plerumque latioribus quam in apice, et praeterea lamella inferna instruitur et lamella subgenitali (Lam. v, fig. 18).

Pupa. — Intense rubra, thorace rubro-bruneo. Exuviae in abdome hyalinae; thorax, antennarum et alarum vagina subbrunei coloris. Aculei cervicales minimi, si ut tales habere velis eminentiam conicam brevissimam, quae in basi antennarum vaginae prostat. Alii aculei et spinulae dorsales desiderantur. Stigma thoracale breve, quinques tantum longius quam crassius in basi; seta cervicalis fere dimidium longitudinis stigmatis thoracalis attingit. Papillae dorsales et laterales seta brevi et crassa, ut in larva, decorantur. Vagina pedum posticorum 5¹ sterniti extremitatem, medium basim ejusdem sterniti, anticorum apicem 4¹ sterniti attingit. Longitudo pupae 1,4 mm.

Larva. — I circiter mm. longa, solitaria, vitellina, vel aurantiaca, thorace et capite multo clarioribus. Corpus nullis tegitur verrucis cingentibus. Spatula desideratur. Papillae laterales et dorsales seta brevi et crassa instruuntur. Papillae terminales omnes parvae, brevi et crassa seta insigniuntur; duae tamen papillae aliquanto sunt majores et longiore seta decorantur. Verrucae spiniformes in sternitis de more; in tergitis vero 4-14, i. e. in duobus ultimis thoracis et in omnibus abdominis somitis, eas videbis. In duobus tergitis thoracalibus paucae prostant, in duos vel tres ordines disponuntur; in tergitis autem abdominalibus in plures locantur ordines, quorum major pars non ab una ad alteram extremitatem perducuntur, sed in medio (non omnes eodem loco) interrumpuntur. Quot essent ordines non interrupti, numerare non potui, id enim in larva viventi perdifficile est. Ut enim bene verrucas infernas a dorsalibus discriminarem, larvam vivam examinare malui.

Cl. Kieffer (Fam. *Cecidomyidae*, in genera Insectorum, p. 257, 1913) affirmat duos tantum ordines non interrumpi in tergitis abdominalibus larvae *Atylodiplosis rumicis*, praeter tergitum analem, ubi nulla series interrumpitur. In lateribus abdominis verrucae spiniformes dorsales fere contingunt infernas; nunquam tamen infernae et supernae inter se cohaerescunt, ut in larva *Thecodiplosis*.

In floribus *Rumicis Acetosellae* L. larvae aluntur, ibique metaphosim peragunt. Imago apud Pontevedra, in Gallaecia, mense maio primi anni evolat.

Cecidia. — Cria-se esta espécie nas flores masculinas de *Rumex Acetosella* L. (a planta é dióica), vulgarmente conhecida pelo nome de *azedas*. Às vezes encontra-se também nas flores femininas, e então as cecílias distinguem-se melhor. O cálix e corolla hypertrophiam-se um pouco e não desabrocham; a larva solitária (uma vez encontrei duas) vive entre os estames que ficam pequenos e às vezes desaparecem mesmo. As flores atacadas conhecem-se bem, porque os pedúnculos são bastante mais compridos do que os das flores normais da mesma inflorescência (Est. VII, fig. 19 e 20). A metamorphose faz-se dentro da flor, deixando a imago as exúvias no ápice das sépalas e pétalas que se não soldam, mas ficam simplesmente encostadas e um pouco sobrepostas. A imago sai na primeira quinzena de maio e mesmo na 2.^a Encontrei as cecílias na quinta de Santa Teresa (Sanatório), nas imediações de Pontevedra, onde em 1917 eram muito abundantes; em 1918 havia poucas.

Annotatio. — Hujus generis duae hucusque descriptae sunt species — *A. acetosellae* Rbs. Zeitschr. für Naturwiss. v. 64, p. 128, 1891; et *A. rumicis* H. Löw, Dipt. Beitr. v. 3, p. 190, 1896 — quarum descriptiones mihi non sunt, neque hoc infelicissimo belli tempore libros in quibus continentur in regione longinqua emere possum. Meam autem hanc speciem ab his duabus diversam esse, hoc unum abunde demonstrat, quod palpos biarticulatos habeat, cum aliarum palpi triarticulati sint, ut ibidem (l. c.) idem praeclarus auctor commemorat.

Cum autem genus *Atylodiplosis*, inter dubia genera ab eodem notissimo auctore (l. c.) adnumeretur, credo me illud definitive statuere posse notis sequentibus.

Gen. **Atylodiplosis** Rübsaamen

(Zeitschr. wiss. Insektenbiol. v. 6, p. 338, 1910)

Palpi biarticulati (*A. rumicina*) (*Lam. II*, fig. 17) *vel triarticulati* (*A. acetosellae et rumicis*). *Antennae ut in Contariniis conformatae, si excipias ♀ monilia, quae aliquantum ad anguum morem serpunt* (*A. rumicina*). *Cubitus statim post extremam alam desinit, costali vena ibi interrupta.* *Tarsorum unguiculi dente minimo (saltem in A. rumicina) in basi instructi* (*Lam. V*, fig. 17), *satis empodio breviores.* *Ovipositor, ut in Contariniis, longe protractilis* (*Lam. V*, fig. 19), *duabus lamellis lateralibus et lamella inferna insignitus* (*Lam. V*, fig. 18). *Forcipis articulus basalis satis crassus, distalis conicus et pubescens; lamellula inferna brevior quam superna, in duos lobulos obtusos secta. Lamellula superna etiam in duos lobulos obtusos magis profunde divisa quam inferna.*

Pupa. — *Exuviae abdomen hyalino, thorace autem subbruneo. Stigma thoracale breve; seta cervicalis etiam brevis. Papillae dorsales et laterales seta brevi et crassa instructae. Spinulae dorsales desiderantur.*

Larva. — *Absque spatula et absque verrucis cingentibus. Papillae dorsales et laterales brevi seta insigniuntur. Papillae terminales parvae et brevi seta decorantur. Verrucae spiniformes in omnibus adsunt tergitis abdominis, in plures ordines dispositae, et etiam in duobus ultimis vel tantum in ultimo thoracis tergito in duas vel tres series positae.*

Ex his clare patet, hoc genus omnino a gen. *Thecodiplosi* Kieff. discriminari articulorum palporum numero, unguiculis empodio brevioribus, dente minimo in basi instructis, et vena costali interrupta in puncto, ubi cubitus desinit. Notae pupae *Thecodiplosis* haud notae sunt, ideoque eas cum notis pupae *Atylodiplosis* conferre non possum. Notae autem larvarum optime etiam duo genera discernunt. In larva enim *Thecodiplosis* setae in omnibus papillis desiderantur. Verrucae spiniformes in tergitis 4-13 *Thecodiplosis* prostant quidem, sed non eodem modo dispositae atque in larvis *Atylodiplosis*.

Ex dictis etiam facile patent discrimina inter notas gen. *Contariniae* atque *Atylodiplosis*.

Meo quidem judicio, posset mea haec species, quae plenius noscitur, ut typus gen. *Atylodiplosis* haberet, cum nullus typus ei sit praefinitus, ut puto. In aliis duabus speciebus probabiliter etiam denticulus in basi unguiculorum prostat: id tamen examini subjicere non possum, quia specimina non habeo, neque consulere auctores, qui specimina possident, valeo, cum bella nunc litterarum commercia impediunt.

Coprodiplosis quercus Tav., nov. sp.

Longitudo corporis: ♂ 1,3 mm.; ♀ 1,8 mm.

♂♀ Coloris aurantiaci diluti; latera thoracis, tres fasciae mesonoti plus minusve subbrunea; antennae, praeter 1^{um} art. coloris corporis, subbrunneae; pedes aliquantum sublutei vel albidi.

Palpi haud longi, 4-articulati, albidi vel hyalini. Art. 1^{us} sequilongior quam crassior; 2-4 fere aequales longitudine, 2^{us} omnium crassissimus duplo vel 2 1/2; 3-4 triplo longiores quam crassiores.

Oculi in vertice late confluentes.

Antennae 2 + 12-articulatae, articulis 3-4 concrecentibus; in ♂ articuli funiculi sunt binodulosi inaequales, in ♀ piriformes, collo ubique valde longo.

In ♀ art. 1^{us}, omnium crassissimus, transversus; 2^{us} fere aequo longus atque crassus. Articuli funiculi contracti in medio vel ante medium, plus minusve piriformes, praeter penultimum subcylindricum et ultimum cylindricum, appendice brevissima conica instructum; 3-4 2 1/2 longiores quam crassiores, caeteri duplo (vel aliquanto minus) longiores quam crassiores; omnes de more duplice verticillo setoso et duplice monili, duplice filo longitudinali unito, ornati. Monilia vix ut adpressa haberi possunt, nam arcus sub microscopio clare apparent. Verticillus setosus distalis basim articuli sequentis aequat vel superat. Collum valde longum, in art. 3-10 fere aequale, in art. 11-13 gradatim aliquantum decrescens. In art. 3-4 2/3 longitudinis articuli aequat; in 5-11 longitudinem articuli aequat, in 12° eam fere attingit, in 13° 2/3 ejus vix aequat.

In ♂ art. scapi transversi; nodulus basalis in funiculo subovatus,

semper transversus, in articulis distalibus sesqui- vel fere duplo longior quam crassior; nodulus vero distalis piriformis, cum sit ante medium contractus, praeterquam in art. 14°, ubi est subcylindricus et appendice conica brevissima distinctus. Nodulus basalis dupli gaudet verticillo — setoso et arcuato — nodulus vero distalis dupli circumdatur verticillo arcuato et insuper verticillo setoso; arcus (8-10) in duobus nodulis sunt regulares ac dimidium longitudinis verticilli setosi attingunt vel superant, perraro dimidium non aequant. Collum primum semper longitudinem noduli proximalis excedit, in ultimis articulis duplo superat. Ejus longitududo a longitudine secundi colli parum abest. Collum secundum semper longitudinem noduli apicalis nonnihil superat.

Alae hyalinae, haud maculosae, ciliatae; cubitus fere rectus ad extremam alam perductus; vestigia venae transversae videbis; rami furcae parum conspicui, infernus parum obliquus, uterque parum curvus. Tarsorum unguiculi simplices, vix empodium excidentes; pulvilli conspicui. Pedes pilis squamosis, pilis ordinariis mixtis, instruuntur. Comparata longitudo, a femore incipiendo, si metatarsum ut unitatem habeas, haec est:

Pedes antici ♀ —	6,6 : 6,3 : 1 : 5,7 : 2,2 : 1,4 : 1,2.
Pedes medii ♀ —	8 : 7,4 : 1 : 6,7 : 2,7 : 1,6 : 1,2.
Pedes postici ♀ —	8,5 : 7,7 : 1 : 7 : 3 : 2 : 1,3.

Unde liquet pedem anticum medio breviorem esse, contra atque fieri solet. Femur aliquantum longitudine tibiam et 1^{um} tarsorum articulum superat.

Articulus basalis forcipis haud crassus, vix incurvus; articulus vero apicalis gracilis, haud crassior in basi quam in apice, longus, licet longitudinem articuli basalis non aequet, fere glaber; lamellula superna profunde in duos lobulos obtusos et satis angustos divisa; inferna integra et parum supernam excedens.

Ovipositor parum protractilis, duabus lamellis lateralibus, superna et inferna minimis, et subgenitali non divisa, instructus. Ovum ellipticum, $3\frac{1}{4}$ longius quam crassius.

Haec species non cecidogenica in fructibus (dum cupula instruuntur) *Quercus pedunculatae* Ehrh. gignitur. Larvae probabiliter

larvas *Perrisiae squamosae* Tav. devorant. Larva et pupa mihi incognitae. Imago mense septembri primi anni apud Pontevedra evolat.

Annotatio. — Species europaeas hujus generis haec numerantur: *C. cryphali* Kieff., *C. entomophila* Perris (sub *Cecidomyia*), *C. flaveolata* Winn. (sub *Diplosi*), *C. fuscicollis* Bouché (sub *Cecidomyia*), *C. longifilis* Kieff., *C. mirabilis* Kieff., *C. morchellae* Rbs., *C. polypori* H. Löw (sub *Diplosi*), *C. tetrachaeta* Kieff., omnes a Germania et Lotharingia oriundae. Descriptiones a cl. Kieffer confessas omnes legi; ab omnibus mea haec species et sequentes bene secernuntur; descriptiones vero aliarum specierum mihi non sunt, sed ab his mea haec species ac sequentes distingui, discrimin substrati, ubi larvae aluntur, praeter alia, sufficienter ostendere videtur.

Coprodiplosis hyperici Tav., nov. sp.

Longitudo corporis ♂: 1,5 mm.

♂. Coloris lutei, in thorace saturioris; mesonotum, mesophragma, vertex, sternopleurae, vittae transversae (sine squamis) in tergitis abdominis, coloris brunei; antennae, praeter 1^{um} art. subluteum, et pedes subbrunnei.

Oculi in vertice late confluentes.

Palpi longi, 4-articulati (Lam. III, fig. 8), palpigero conspicuo. Art. 1^{us} circiter $\frac{1}{4}$ longior quam crassior; 2^{us} plusquam sesqui-longior quam crassior; 3^{us}, aliquantum in tertia parte basali tenuatus, triplo; 4^{us} 3 $\frac{2}{3}$ longior quam crassior, $\frac{1}{4}$ tertio longior.

Antennae 2+12-articulatae, articulis flagelli binodulosis, inaequalibus. Nodus basalis subovatus, verticillo setoso et altero arcuato insignitus; nodulus distalis subpiriformis, gracilior in parte basali quam in distali, aliquantum ante medium contractus, duplice verticillo arcuato regulari ornatus, altero in basi, altero in apice, et insuper verticillo setoso. Verticilli arcuati circiter dimidium longitudinis verticilli setosi aequant, vel excedunt. Crassitudo noduli basalis ubique longitudinem superat, praeterquam in 3^o art. ubi haec mensurae sunt aequales; noduli vero distalis longitudine in 3-4 art. quarta parte crassitudinem superat, in art. 5-8 vix illam excedit, in art. 9-13 longitudine $\frac{1}{3}$ crassitudinem superat. Art. 3-4 inter se coalescunt. Articuli scapi sunt transversi. Collum primum ubique longum, in 3^o art. $\frac{2}{3}$ noduli basalis attingit; in caeteris

aequat vel parum superat. Collum secundum de more longitudinem primi excedens, in 3-4 art. $\frac{3}{4}$ longitudinis noduli distalis attingens, in reliquis aequans parumve excedens. Ultimus articulus appendice praeditus subconica, nullo instructa verticillo.

Alae hyalinae, haud maculosa, ciliatae, sine squamis, quae nullibi apparent in corpore; cubitus aliquantum ante extremam alam (Lam. III, fig. 9) desinens; posticalis bifurcata, ramo inferno valde obliquo, superno parum curvo, utroque bene conspicuo.

Unguiculi tarsorum omnes simplices, satis curvi, longitudinem empodii aquantes. Longitudo comparata partium pedis, si ut unitatem metatarsum consideres, haec est:

Pedes antici — 8:7,3:1:4,8:2:1,6:1.

Pedes medii — 7,6:7,5:1:5,5:2,8:1,4:1.

Pedes postici — 9:7,4:1:7:3,4:2:1,2.

Unde liquet primum tarsorum articulum, imo et reliquos, in pedibus mediis et anticis valde breves esse.

Articulus distalis forcipis longus (brevior tamen articulo basali), tenuatus, cylindricus, glaber. Lamellula superna est lata ac profunde biloba, lobulis obtusis in extremitate; inferna angusta et aliquanto longior quam superna.

Larvae rubrae hujus speciei adoleverunt sub terra, parasitae *Geocryptae hypericinae* Tav., et metamorphosim peregerunt extra cecidum decem dierum spatio. Pupa mihi incognita. Imago prodit mense septembri, 1916.

Coprodiplosis Marini Tav., nov. sp.

Longitudo corporis ♂: 0,7 mm.

♂ Totus albus, praeter thoracem subluteum, verticem et latera capitis subbrunnei coloris.

Oculi in vertice late confluentes.

Palpi 4-articulati. Art. 1^{us} $\frac{1}{4}$, 2^{us} circiter duplo, 3^{us} $2\frac{1}{2}$, 4^{us} $3\frac{1}{2}$ longior quam crassior.

Antennae 2+12-articulatae; art. 1-2 non transversi; art. flagelli binodulosi, inaequales, nodulo basali plus minus subovato,

distali subcylindrico seu subtrunco-conico, non aut vix contracto ante medium. Nodus basalis verticillo setoso et arcuato instruitur, cuius arcus tertiam longitudinis partem verticilli setosi attingit. Nodus autem distalis dupli verticillo arcuato distinguitur regulari, altero breviore post basim sito, altero in apice, inter quos verticillus prostat setosus, cuius setae $\frac{1}{3}$ vel $\frac{2}{3}$ longitudinis arcum superant (Lam. III, fig. 13). Noduli basales primo fere aequi longiores atque crassiores, dein transversi; distales autem primum paulo longiores quam crassiores, tandem aequi longi atque crassi. Ultimus articulus appendice digitiformi et brevi, sine verticillis, instructus. Collum primum aequans parum superans noduli basalis longitudinem; secundum vero $\frac{2}{3}$ vel amplius longitudinis noduli distalis attingens, nunquam tamen aequi longum atque nodulus.

Alae hyalinae, sine squamis, ora ciliata. Cubitus parum ante extreham alam desinit (Lam. II, fig. 13). Rami furcae in unico specime, quod studio subjeci, vix aut ne vix quidem conspicui, ideoque eos in fig. 13 linea punctata adumbravi.

Unguiculi breves, parum curvi, omnes simplices, empodium ferme aequantes. Pedes breves, ut patet ex sequenti formula, quae longitudinem comparatam articulorum a femore incipiendo ostendit:

Pedes antici — 6,4 : 5,7 : 1 : 3,8 : 1,9 : 1,4 : 1,1.

Pedes medii — 6,3 : 6,7 : 1 : 4,1 : 2,2 : 1,5 : 1,2.

Pedes postici — 6,6 : 5 : 1 : 4,7 : 2,3 : 1,5 : 1,1.

Articulus distalis forcipis gracilis, fere cylindricus, glaber, satis brevior articulo basali. Lamellula superna lata et profunde biloba, lobulis obtusis, inferna paulo longior quam superna.

♀, larva et pupa incognitae. Imago unica e terra mense junio primi anni, Tudae in Gallaecia, prodiit. Larva vixit ectoparasita in cecidio *Contariniae scoparii* Rbs. in *Adenocarpus intermedius* DC. Cecidium mense maio, 1915, legit Julius Marinho, cui hanc speciem libenter dico. Ea ab omnibus speciebus cognitis colore discriminatur.

Coprodiplosis aestiva Tav.

(*Ametrodiplosis thalictricola* var. *aestiva* Tav., in Bröteria,
Ser. Zool., v. XIV, 1916, p. 93)

Haec species, cuius tantum ♀ noscitur, olim a me l. c. *provisorie* in genere *Ametrodiplosi*, ut ibi monui, posita et descripta est. Sed revera ad *Coprodiplosim* trahenda. Descriptionem, igitur, iterum lectoris oculis subjicio.

Longitudo corporis: ♀ 1,3-1,5 mm.

♀. Abdomen rubrum; mesonotum et caput coloris lutei; pedes, antennae et ovipositor coloris albi vel subalbidi.

Palpi longi, 4-articulati, sine palpigero. Art. 1^{us} crassus, $\frac{1}{6}$ longior quam crassior; 2^{um} dimetiri non potui, ob positionem; videtur tamen duobus sequentibus aliquanto brevior; 3-4 fere aequales, triplo longiores quam crassiores.

Antennae ut l. c. sunt descriptae. Duo verticilli arcuati parum assurgunt, ideoque jure adpressi dici possunt.

Pedes squamis, quibus pili miscentur, instruuntur. Eorum longitudinem comparatam l. c. habes. Unguiculi simplices, empodium aequantes. Pulvilli breves, sed bene conspicui.

Alae hyalinae, sine squamis. Cubitus, parum curvus in 3^a parte distali, post extremam alam desinit, vena oralis ibi interrupta. Vestigia venae transversae conspicies, saltem quandoque. Rami furcae parum curvi, aliquoties paulum conspicui.

Ovipositor, parum protractilis, duabus lamellis lateralibus subelipticis, lamella inferna parum conspicua, ac lamella subgenitali, ut videtur, integra instruitur.

♂, pupa et larva incogniti.

Annotatio. — Larvae hujus speciei in cecidiis *Ametrodiplosis thalictrocola* Rbs. ectoparasitae, Tudae in Gallaecia, adoleverunt. Imago mensibus julio et augusto 1ⁱ anni prodiit.

Trisopsis hyperici Tav., nov. sp.

Longitudo corporis ♀: 1,4 mm.

Color abdominis subalbidus, thoracis et capitidis luteolus, anten-

narum et pedum subbruneus. Thorax supra bruneus. Post oculum majorem supernum spatium subtriangulare adest bruneum (Lam. v, fig. 9, c).

Caput antice visum altius quam latius (Lam. v, fig. 8).

Palpi 3-articulati, breves (Lam. v, fig. 12). Art. 1^{us} paulo longior quam crassior; 2-3 fere aequales longitudine, non crassitudine, nam 2^{us} satis crassior est, circiter 1 $\frac{1}{4}$ longior quam crassior; 3^{us} aliquanto minus quam duplo longior quam crassior.

Antennae 2 + 12-articulatae. Art. 1-2 transversi, 2^{us} globosus, caeteris omnibus crassior. Articuli funiculi omnes aliquantum contracti in medio (plus in medietate antennarum basali, quam in distali, ita ut in articulo 14° haec contractio sit minima); duplice verticillo setoso et duplice monili setoso ornati. In articulis 3-4 coalescentibus monile proximale post medium prostat, in sequentibus in medio vel post. Quandoque monile distale unum arcum satis altum ostendit, ut in Lam. v, fig. 13, videre potes. Verticillus setosus basalis unam vel plures setas aliis multo longiores sistit, ut in eadem figura adumbravi. Art. 3^{us} duplo longior quam crassior, sequentes 1 $\frac{2}{3}$, praeter ultimum 2 $\frac{1}{4}$ et amplius longiore quam crassiorem. Collum longum, ubique dimidium longitudinis articuli superans, praeter 3^{um} et 12^{um}, ubi dimidium vix aequat, et 13^{um} in quo $\frac{1}{3}$ longitudinis tantummodo attingit.

Oculi sunt tres, duo subcirculares, in lateribus positi (Lam. v, fig. 8, 9), et tertius in vertice situs, transversus et aliis multo major, cuius ora antice et postice aliquantum est cava. Inter oculos laterales et supernum vitta adest coloris paulo saturioris, ubi, si magnam adhibeas amplificationem microscopii, lineas longitudinales et transversas conspicies (Lam. v, fig. 9, a), quae rudimenta oculorum exprimere videntur. Primitus igitur oculi probabiliter erant duo tantum, superne coalescentes, ut saepissime fit, dein pars media ex utroque latere excidit, et tres oculi evaserunt.

Alae hyalinae, ciliatae, sine squamis, valde angustae in parte basali. Cubitus tenuis post venam transversam, quae adest, est rectus et fere in extrema ala desinit, ibique vena oralis interrumptur (Lam. v, fig. 11). Venae posticalis ramus infernus incompletus et satis crassus, supernus desideratur.

Tarsorum unguiculi simplices et empodium circiter aequantes. Pulvilli parvi, sed bene conspicui.

Pedes pilis squamosis, longitudinaliter striatis, quibus pili ordinarii miscentur, instruuntur. Si ut unitatem metatarsum consideres, haec erit partium pedum longitudo comparata, a femore incipiendo:

Pedes antici — 5 : 4,7 : 1 : 3,2 : 1,4 : 1 : 1.

Pedes medii — 5,5 : 5 : 1 : 3,6 : 1,8 : 1,2 : 1.

Pedes postici — 6,2 : 6,2 : 1 : 4 : 1,6 : 1,2 : 1.

Unde patet pedes valde breves esse, praesertim anticos.

Ovipositor brevis, parum protractilis, quatuor lamellis instrutus, horizontaliter positis, quarum duae majores fere ellipticae (Lam. v, fig. 14), tertia multo minor infra illas sita, quarta est lamella subgenitalis quam bene in fig. 10 Lam. v (*lsg*) conspicias.

♂, pupa et larva incogniti.

Larva hujus speciei adolevit commensalis larvarum *Geocryptae hypericinae* Tav. sub terra, apud Redondela (Pontevedra), in Gallaecia. Imago mense decembri ineunte primi anni prodiit.

Annotatio. — Mirum sane videri debet quod haec species in Gallaecia adoleverit. Cl. Kieffer duas species hujus generis primus descripsit, alteram (*Tr. oleae* Kieff., Bull. Lab. Zool. Portici, v. 6, p. 171, 1912) ex Africa australi, cuius larvae in fructibus *Oleae verrucosae* vivunt; alteram (*Tr. Alluaudi* Kieff., Bull. Hist. Nat. Metz, v. 28, p. 94, 1913) ex Africa orientali. His duabus speciebus nunc tertiam ex Hispania adjicio. Nota praecipua horum insectorum, quae illa ab omnibus Cecidomyis, imo et ab omnibus aliis insectis secernit, in hoc sita est quod tres oculos compositos habent, duos in lateribus et tertium majorem in vertice.

Species mea ab aliis duabus bene distinguitur colore, longitudine minore colli 3¹, 12¹ et 13¹ art. ♀, setis longioribus verticilli basalis, arcu monilis superni (Lam. v, fig. 13), unguiculis tarsorum fere aequalibus empadio, quatuor lamellis ovipositoris (in aliis speciebus duae tantum adsunt lamellae lineares). Etiam in mea hac specie eminentiam conicam truncam, in vertice sitam, non conspicias. Oculi laterales in mea hac specie remoti ab ore locantur et propinquiores oculo majori verticis quam in *Tr. oleae* Kieff. Vena quoque posticalis, praesertim in ramo, crassior est quam in *Tr. oleae* Kieff.

Postquam haec scripseram, aliud specimen ♀ obtinui, quod in cecidiis *Myricomyiae longipalpis* Kieff. in *Erica occidentali* Mer. adolevit apud Re-

dondela, in Gallaecia, et mense junio, a. 2.^o, evolavit. Notae eadem sunt, si excipias transitum inter oculum majorem et duos laterales, nam hic vittam non conspicies coloris saturioris. Mesophragma et tres vittae latae longitudinales mesonoti, coloris brunci. Sternopleurae subbrunneae. Ovipositor lateraliter visus (Est. v, fig. 10) 4 lamellas ostendit.

Parallelodiplosis galliperae Fr. Löw
(Verh. Ges. Wien, v. 39, 1889, p. 202)

Specimina hujus speciei in Gallaecia mense julio exeunte et mense augusto ineunte anno secundo mihi adoleverunt. Larvae indiscriminatim, ut videtur, sub cecidiis *Neuroterus tricolor* (Hart.) gen. ag., *N. albipes lusitanicus* Tav., *N. quercus-baccarum* (L.) gen. ag., *N. quercus-baccarum histrio* Kieff., vivunt, indeque in terram decidunt. Palpi hujus speciei, praeter palpigerum, qui ut articulus haberi jure potest, quinque articulis instruuntur. Pupa hucusque non est descripta, ut mihi videtur. En tibi notas:

Pupa. — Exuviae hyalinae, sine aculeis cervicalibus. Spinulae dorsales luteae, haud frequentes, ut plurimum bi-, tri- vel quadridentatae. Aliquae sunt minimae et simplices videntur. Stigmata thoracalia sunt gracilia in basi, fere recta, vicies longiora quam crassiora in basi. Setae cervicales longae, $2 \frac{2}{3}$ longiores quam stigmata. Setas laterales et dorsales non conspexi; probabiliter adsunt, cum in larva non desiderentur.

Ametrodiplosis nivea Tav.
(Broteria, v. XIV, 1916, p. 97-100)

Ut supra notavi, cum de *Macrolabi brunellae* Tav. egi (p. 50), cecidia hujus speciei (Lam. 1, fig. 15) distingui nequeunt a cecidiis *Macrolabis brunellae*, quando haec sunt parva, et duobus foliis minutis dumtaxat conflantur, ut non raro accidit. Anno 1917, larvae in terram deciderunt die 29-vi, ibique metamorphosim intra mensem incompletum peregerunt, nam imagines die 25-vii evolarunt.

Color in ♂ non semper albus immaculatus, ut l. c. dixi, sed quandoque luteolus dilutus, antennis et pedibus non raro subbrunneis in ♀.

Secundum somitum ovipositoris exsertum in fig. 15 Lam. v conspice sis.

APPENDICE

Andricus nudus Adl. gen. ag. (= *A. Malpighii* Adl.)
(Aphilotrix Malpighii Adler in Zeitschr. wiss. Zool. v. 35, p. 183, f. 12, 1881)

♀ agamica. Rubro-lutea seu coloris mellis; pedes coloris clairoris, subrubro-lutei, praeter tibiam et tarsos pedum anticorum et mediorum plus minusve in subbruneum vel bruneum vergentes; antennae fere nigrae, praeter duos primos articulos et basim tertii, qui ad colorem bruneum vergunt. Mesonoti suturae, sulci parapsidales in duabus tertii longitudinis partibus basalibus, tres vittae longitudinales mesonoti, coloris nigri. Abdomen fere totum perbrunneum.

Caput nitidum; postfrons et vertex coriacei, glabri. Antennae 14-articulatae. Art. 1^{us} plusquam sesquialongior quam crassior; 2^{us} aliquanto longior quam crassior; 3^{us}, omnium longissimus, triplo longior quam crassior, $\frac{1}{4}$ longitudinis 4ⁱ excedens; 4-8 fere aequales, sesquialongiores quam crassiores; sequentes gradatim decrescentes; ultimus paulo longior penultimo, $1\frac{2}{3}$ longior quam crassior.

Mesonotum ubique nitidum, coriaceum ac pilosum, exceptis lateribus et parte postica, ubi fere est glabrum. Sternopleurae pilosae et fere laeves (antice tantum aliquot videbis carinulas). Foveolae subnigrae, nitentes, ellipticae, carinula disjunctae. Scutellum coriaceum et pilosum. Carinae metanoti parallelae et ferme rectae, spatium circumscribentes nitidum. Alarum venae bruneae vel subbrunneae; cellula radialis in margine aperta, $6\frac{1}{2}$ longior quam latior.

Abdomen nitens et laeve, tantum antice aliquot sistens pilos. Spinula ventralis valde longa, octies longior quam crassior in basi; terebra haud dentata, paulo ante apicem undique aliquantum contracta.

Longitudo corporis: 3 mm.

Imago anno tertio, mense februario, e cecidio mihi evolavit, apud Pontevedra in Gallaecia.

Cecidia. — A da *Quercus pedunculata* Ehrh. da Galliza é séssil (Est. vi, fig. 2-4), com o tamanho de um grão de trigo, mais ou

menos lageniforme, avermelhada ou verde, levemente pubescente, ornada de querenas longitudinais não agudas, mais ou menos distintas, a maior parte das quais correm desde a base até ao ápice que é formado por uma ponta curta. Algumas nascendo na base da cecídia vão só até dois terços ou metade do comprimento onde morrem. A cecídia aparece no outono e sai de um gommo que não chega a desabrochar. Parede lenhosa e delgada. A cavidade larval é grande e corre em quase todo o comprimento da cecídia. Esta mede até 6 mm. de comprimento por 2,50 de grossura.

Colhi as cecídias no outono de 1917 e de uma delas obtive o insecto em fevereiro de 1919, por tanto no 3.^º anno. É a primeira vez que na Península se vê e descreve a imago desta espécie que pouco differe das que foram descriptas até agora do norte da Europa. A cecídia essa é sempre séssil na Hespanha e em Portugal, ao menos nos exemplares por mim encontrados; o exemplar de Portugal era de côr verde, não sei se glabro se pubescente, pois me esqueci de apontar essa particularidade, e agora não posso verificar, por estar em Coimbra a cecídia com a minha antiga collecção. Os exemplares de Pontevedra são levemente pubescentes, nos intervallos das querenas, ao invés dos exemplares de outras regiões da Europa que são glabros e verdes, saindo delles o insecto em abril do 3.^º anno.

HESPAÑA: Uclés (Cuenca) (R. P. Pantel). Na *Quercus lusitanica* Lam. (não obtido o insecto). — Pontevedra e Tuy. Na *Quercus pedunculata* Ehrh.

PORTUGAL: Monte das Lameiras, perto de S. Fiel. Na *Quercus Toza* Bosc (não obtido o insecto).

Andricus curvator Hart. gen. agam. (= *A. collaris* Hart.)
(*Cynips collaris* T. Hartig in Z. ent. Germar, v. 2, 1840, p. 190)

Hujus cynipidis hucusque, ut credo, specimina in Peninsula nemo invenit. Equidem in autumno anni 1917, Tudae in Gallacia, cecidium in gemma *Quercus pedunculatae* reperi, quod mense novembri, ni fallor, anni 1918 aperui. Erat intus pupa cynipidis. Illam in cecidio aperto parasitae invaserunt et occiderunt, antequam ad statum imaginis evaderet. Notas tamen praecipuas videre potui,

quae *Andrici curvatoris* gen. agamicae sunt propriæ. Imago igitur vere ineunte 3^o anni e cecidio egredetur, ut in aliis regionibus accidit. Hac de causa, descriptionem cynipidis, quod mihi esset optatissimum, lectoris oculis subjicere non possum.

Cecidia. — Cresce num' gommo (Est. vi, fig. 7), onde quâsi passa desapercebida, durante o outono — outubro ou novembro — cae para o solo, aparecendo o insecto em fevereiro do 3.^o anno. É pequenina — 2 mm. de comprimento ou pouco mais, por 1 mm. de grossura — elíptica, amarellada, lisa, glabra, brilhante, encoberta pelas escamas do gommo, aparecendo na extremidade d'este apenas a ponta. A parede é muito delgada, de sorte que a cavidade larval occupa quasi toda a extensão da cecidia. Não lhe vi contracção alguma.

Na *Quercus pedunculata* Ehrh.

HESPAÑHA: Pontevedra e Tuy.

Na *Quercus Toza* Bosc.

PORTUGAL: Castello Novo e entre S. Fiel e o Sobral do Campo.

Eis a descripção da cecidia da *Quercus Toza* que apresentei na minha *Synopse das Zoocecidas Portuguezas* (Brotéria, vol. iv, 1905, pp. 71 e 72):

«Cecidia mais ou menos ovoide, terminada superiormente numa quasi ponta mais ou menos conica, a pouca distancia da qual ha muitas vezes um collar ou sulco anular de côr branca ou esbranquiçada. Depois de chegada á maturação, é de côr brunea, tirante a acinzentado, glabra (ou quasi), lisa (com a lente veem-se-lhe ligeiros sulcos longitudinais), monocular e de paredes delgadas e lenhosas. Está mettida, até dois terços ou mais, num gommo, de sorte que só emerge, quando muito, a ponta, sendo por isso difficult de ver. Comprimento até 4,5 mm., grossura 2,3 mm. Inferiormente está ligada ao gommo por uma parte mais estreita. Desprende-se em outubro, caindo em terra; não apparece a imago senão na segunda primavera. Quando parasitada é mais pequena e conserva-se dentro do gommo mesmo durante o inverno (Est. ii, fig. 15).»

Andricus Nobrei Tav.

(Ann. de Scienc. Nat., v. vii, p. 37, 1901, Porto; Broteria, v. i, 1902, p. 47)

A cecídia desta espécie é extraordinariamente rara, pois até agora não se encontraram senão dois exemplares, um em Portugal, na Galliza o outro. Do primeiro obtive um ♂ em novembro do 1.º anno, que descrevi nos Annaes de Sciencias Naturaes, v. vii, p. 37, 1901, Porto; mas na descripção o typógrapho compôs ♀, em lugar de ♂, êrro pelo qual não dei a tempo. Na descripção da cecídia houve um equívoco lamentável, que desfiz na Brotéria, v. i, 1902, p. 47.

Em 1917, encontrei en Carballino (Orense) o segundo exemplar da cecídia no único pé de *Quercus lusitanica* que até agora vi na Galliza, mas com tanta infelicidade que não consegui criar o cynipide. Photographei, porém, a cecídia que está representada na Est. vi, fig. 1, cuja descripção apresento em seguida:

Cecidia. — Mais ou menos oval, a princípio côr de palha, depois escura (côr de castanha), glabra, brilhante, pequena — comprimento quâsi 3 mm., grossura 2,8 mm. — situada lateralmente numa glande nova, de modo que o seu eixo é sensivelmente paralelo ao da mesma glande. No lugar onde está a cecídia, o pericarpo e o tegumento não se desenvolveram e faltam, de modo que a cecídia por um dos seus lados adhère directamente à amêndoia da bolota em pequena extensão, sustentando-se da seiva que devia servir para a nutrição do fruto que por isso se conserva rachítico. A cúpula do lado da cecídia cresce pouco, não se arredonda e apresenta uma falha ou chanfro; assim deixa a cecídia descoberta em grande parte, como se vê na fig. 1 da Est. vi, cobrindo-a apenas na base. Nos outros lados, a cúpula é normal. Parede da cecídia muito delgada e sublenhosa. Câmara larval grande.

Na *Quercus lusitanica* Lam.

PORTUGAL: Matta do Collégio do Barro (Torres Vedras), agosto de 1900.

HESPAÑA: Carballino (Orense), setembro de 1917.

Cecídia de Cynípide, provavelmente nova

(Est. vi, fig. 8)

Apparece no outono, num gommo lateral; é vermelha ou avermelhada, e coberta de pêlos da mesma cor, muito espessos, acamados, pouco compridos. Depois da maturação, os pêlos ficam de cor de canella. A cecídia é mais ou menos ovóide — grossura 2,5 mm. por 3,5 mm. de comprimento. O gommo transforma-se totalmente, de sorte que junto da cecídia não se veem escamas algumas. A parede é delgada e lenhosa; a câmara larval grande. A cecídia é séssil e assenta directamente sobre o raminho em bastante extensão; no apice não se nota ponta sensível. Parece, pois, que não se pode considerar como cecídia parasitada de *Andricus solitarius*, já que esta conserva sempre uma ponta mais ou menos comprida e raras vezes é séssil.

De vários exemplares que encontrei, infelizmente não pude obter o cynípide que deve ser um *Andricus*.


Na *Quercus pedunculata* Ehrh.

HESPAÑHA: Pontevedra e Tuy.

Género *Navasiella* Tavares

(*Navasia* Tavares, in Broteria, v. xvii, p. 34, 1919)

Kirby nomen *Navasia* a. 1914 praecoccupavit; ideoque in meo genere id in *Navasiella* mutandum est.
 Cum autem l. c. notae ♂ desiderentur,
 hinc eas addam, ut
 descriptio plenior evadat.



♂. *Palpi uniarcticulati. Antennae mediae longitudinis, in unica specie articulorum numero variabili (2 + 13-2 + 16); articuli funiculi ♀ reticulatione variabili insigniti (Lam. II, fig. 10), secus in ♂ ut in Perrisia conformati. Cubitus fere in extrema ala desinit; ibi costalis non interrupitur (fig. II).*

Tarsorum unguiculi tridentati (Lam. II, fig. 8), aliquanto empodio breviores. *Squamae in halteribus tantum et in pedibus prostant.* *Ovipositor ut in Perrisiis.* *Forcipis articulus distalis clavatus* (fig. 13, p. 96), *pilis longis obtectus.* *Lamellulae bilobae, lobulis obtusis;* *superna multo brevior quam inferna.*

Pupa. — *Exuviae hyalinae, thorax partim bruneus, partim subbruneus, antennarum vaginae subbrunneae. Aculeus cervicalis longus, bidentatus* (Lam. II, fig. 7), *unoquoque dente satis longa instructo. Spinulae dorsales desiderantur. Setae dorsales et laterales breves. Stigma thoracale vix eminet.*

Hoc genus reticulatione articulorum funiculi ad *Rhopalomyias*, *Dictyomyias* et *Arceuthomyias* accedit; unguiculis vero tridentatis ab omnibus *Oligotrophariis*, si *Guarephila* demas, bene distinguitur. Aculeus cervicalis singularis formae illud quoque ab omnibus *Oligotrophariis* mihi cognitis secernit.

Typus est *Navasiella santolinae* Tav., unica species.

Annotatio. — In antennarum basi eminentia prostat conica, sublutea, minima (Lam. II, fig. 7 cc'), quae ut aculeus cervicalis haberi potest. Eminentia autem magna, sublutea, subtrunco-conica, quae in apice est bidentata (Lam. II, fig. 7), post basim vaginae antennarum assurgit, in parte dorsali thoracis. Setae, quae in ejus parte superna (Lam. II, fig. b b') prostant, forsitan setae sint cervicales, quia alias nullas conspicio, post basim vaginae antennarum.

***Navasiella santolinae* Tav.**

(*Broteria*, v. XVII, 1919, p. 34-36)

L. c. ♀ hujus speciei descripti. En tibi nunc ♂ descriptio:

Longitudo corporis ♂: 2,5-3 mm.

♂. Elegans, valde gracilis, alis abdomen longitudine excedentibus, quod quidem etiam in *Dictyomyis* accedit. Prima fronte, ♂♂ vivos *Navasiellae santolinae* et *Dictyomyiae setubalensis* non discriminabis.

Abdomen luteo-bruneum, vel luteo-subbruneum; thorax et caput perbrunei coloris, latera thoracis luteo-brunea vel luteo-subbrunea. Antennae et pedes subbrunnei.

Antennae 2+14-, 2+15-, aut 2+16-articulatae, ut in *Perrisiis* conformatae, si reticulationem excipias. Saepe duos articulos

contiguos concrescentes videbis, quin inter eos collum adsit. Articuli scapi transversi, 2^{us} fere duplo crassior quam longior. Articuli funiculi ex uno latere prominentiores, et longo collo instructi. Art. 3-4 fere inter se aequales, omnium longissimi, circiter sesquiloniores quam crassiores; 5-12 fere ejusdem longitudinis, saltem sesquiloniores quam crassiores; reliqui aliquanto breviores, satis graciliores; ultimus obovatus, 1 $\frac{2}{3}$ longior quam crassior. Pars articulorum prominentior reticulationem variam tibi ostendet (fig. 12), in parte vero opposita tantum monile infernum videbis (quandoque hoc etiam non conspexi). Verticilli setosi haud longi. Collum in 3^o art. $\frac{1}{3}$, in 4^o minus quam $\frac{1}{2}$, in 5-10 $\frac{2}{3}$; in reliquis ferme $\frac{1}{2}$ longitudinis articuli aequalis. Art. 3-4 coalescunt, ut in pluribus cecidomyis accidit.

Pedes longi. Empodium aliquantum unguiculos excedit. Pulvilli longi, dimidium empodii superantes, duos denticulos unguiculorum excedentes, eosque ut plurimum obtengentes. Quum ut unitatem metatarsum sumpseris, hanc invenies comparatam partium pedis longitudinem, a coxa:

Pedes antici — 10:9,4:1:7,6:3,8:1,7:1.

Pedes medii — 9:8:1:7,3:3:1,3:1,2.

Pedes postici — 11,3:10,4:1:10:4,8:2,3:1,2.

Contra atque in ♀ accidit, femur quam tibia longius est. Primus




FIG. 12 — Articulus 5us antennarum ♂
Navasiella santolinae Tav. $\times 664$.

tarsorum articulus nunquam longitudinem femoris vel tibiae aequat. 4^{us} tarsorum articulus, ut in ♀, vix metatarsi longitudinem superat.

Forcipis articulus distalis plus minusve clavatus (fig. 13), pilis longis frequentibus contectus, praeter pubem perbrevem, atque ungue nigro simplice instructus. Lamellulae bilobae (fig. 13), lobulis obtusis, superna brevis, multo brevior quam inferna. Haec autem multo brevior est quam appendices ventrales. Stylus gracilis appendices parum superat.




FIG. 13 — Genitalia ♂ *Navasiella santolinae* Tav. $\times 140$

Caetera ut in ♀.

Pupam l. c. descripsi. Larva incognita.

Imago mensibus martio et aprilie, nonnunquam etiam mense maio, anno secundo, e cecidio prodit, ubi metamorphosim larva solitaria peragit. Cecidia apud Pastriz et in villa del Salvador, prope Cesaraugustam, in Hispania, in gemmis *Artemisiae* [*Herbae albae* Asso], aluntur. L. c., per errorem lapsus, stirpem *Santolinam* credidi, cum revera inter *Artemisiarum* locanda sit. Utrum ad Arte-

misiam Herbam albam Asso, an ad *Artemisiam hispanicam* Lam., quibus simillima est, revocanda sit, nunc definire non possum, quum flores mihi non sint.

Cecidia. — Cria-se esta espécie em cecídias elegantes (Est. vii, fig. 1-4), mais ou menos ovóides, verde-glaucas, ordinariamente juntas em grupos numerosos, nos gommos laterais ou terminais, conservando-se todas independentes, embora contíguas. Exteriormente, estão cobertas de escamas estreitas, tomentosas, espessas, as mais das vezes reflectidas para baixo, não raro patentes perpendicularmente ao eixo da cecídia, e mesmo erguidas para cima. Superiormente são coroadas por um tufo de pêlos brancos que parecem inserir-se no topo da cecídia interna. Esta é lenhosa, cór de palha, e corre quase desde a base até ao ápice da cecídia — 3 mm. de comprimento por cerca de 1 mm. de largo — e no tempo da maturação parece abrir-se histológicamente, não tendo a pupa senão que atravessar, ao correr do pelo, o tufo onde a imago abandona as exúvias. A parede da cecídia interna não excede 0,3-0,4 mm. de grossura. O comprimento da cecídia externa anda por 4-5 mm., a grossura por 3-3,5 mm.

Julguei a princípio que a planta era a *Santolina Chamaecyparissus* L., e não é senão uma *Artemisia*, provavelmente a *Herba-alba* Asso ou a *hispanica* Lam., o que só com as floras se poderá determinar ao certo. As cecídias foram encontradas em Pastriz e na Quinta del Salvador, não longe de Zaragoza, pelo meu collega, R. P. Navás, a quem dediquei o género. No presente anno de 1919, enviou-me exemplares muito bons que pude photographar e me deram abundância de ♂♂; infelizmente continham todas as larvas já transformadas em pupas, e assim não pude ainda descrever a larva.

App. em março e abril e mesmo em maio do 1.º anno.

Descrição de quatro cecídias novas da *Salsola vermiculata* L.

1) **Cecidia.** — Suboval, coberta de escamas estreitamente imbricadas, longamente acuminadas (Est. vii, fig. 5,6) largas, cobertas de longa felpa branco-amarellada na borda e mesmo em toda a

página externa (ao menos nas que estão no interior), as quais no tempo da maturação da cecídia se reflectem e se afastam, de sorte que deixam um espaço vazio para a saída da imago, conforme se vê na fig. 7 da Est. VII. A princípio, a cecídia é verde, depois faz-se côr de palha. Comprimento 5-6 mm., grossura 3-4 mm. As escamas estão ligadas a um tecido carnudo que por fim se torna sublenhoso e tem no interior cavada a câmara larval ellíptica. A largura desta não atinge 1 mm. e o comprimento mal excede 1 mm. Como se vê, a cecídia resulta da transformação de um gommo lateral. Provavelmente a metamorphose faz-se na cecídia, saindo a imago por um orifício que está na extremidade da cecídia (Est. VII, fig. 7), no fundo do vão deixado pelas escamas internas que se afastam e reflectem. Todas as cecídias que recebi do Sr. P. Navás estavam parasitadas. Sem dúvida, é obra de uma cecidomyia. Provavelmente é a cecídia de *Stefaniola salsolae* Tav., descripta no n.º 2, modificada pelo parasitismo.

Quinta del Salvador, a 3 kilómetros de Zaragoza (R. P. L. Navás), março e abril de 1918 e 1919.

2) **Cecidia.** — Um tanto parecida com a precedente, porém oval e muito mais pequena (Est. VII, fig. 9). É formada de pequeninas escamas, estreitamente imbricadas, acuminadas, vestidas exteriormente de uma felpa espessa, pouco longa, branca ou levemente amarellada. Comprimento 2,5 mm., grossura 1,5 mm. Câmara larval pequenina (comprimento 1,3 mm., largura 0,7 mm.), mais ou menos ellíptica, situada no centro da cecídia. A imago sai por um orifício que fica no fundo de um pequenino vão, produzido pelo afastamento das escamas internas, como na cecídia precedente. Provavelmente é produzida pela *Stefaniola salsolae* Tav.

Quinta del Salvador (Zaragoza) (R. P. L. Navás), março e abril de 1918 e 1919.

3) **Cecidia.** — À primeira vista, parece um gommo normal (Est. VII, fig. 8) e differe da precedente em não ter forma determinada, e em que as escamas estão laxamente imbricadas e são glabras. No fim de abril de 1919, obtive a cecidomyia que é a

Stefaniola salsolae Tav. Esta cecídia é, como se vê, bem diferente da forma typica (Est. 1, fig. 1, 1', 2).

Quinta del Salvador (Zaragoza) (R. P. Navás), março e abril de 1918 e 1919. Huesca, mais de 1916 (R. P. L. Navás).

4) **Cecidia.** — Ellipsoidal, circumdada na base pelas escamas do gommo onde nasce, glabra ou quási, verde (quando sêcca é de côr de palha), percorrida por algumas querenas longitudinais pouco salientes, nas quais confluem outras pequeninas, oblíquas e curtas. Comprimento cêrca de 2 mm., grossura 1,3 mm. Parede lenhosa ou sublenhosa, delgada, em volta da cavidade larval que corre no eixo da cecídia, em quási todo o comprimento, com a mesma forma da cecídia e com uma largura de cêrca de 0,7 mm. Metamorphose na cecídia, deixando a imago as exúvias no orifício do ápice da cecídia. Não obtive a imago.

Quinta del Salvador (Zaragoza), abril de 1918 (R. P. L. Navás).

ÍNDICE

das espécies e géneros descriptos nesta II Série

CYNIPIDAE

	PÁG.
<i>Andricus</i> burgundus <i>tudensis</i> Tav., n. subsp.	140 (*)
— <i>curvator</i> Adl. gen. ag. (= <i>A. collaris</i> Adl.)	90
— <i>fidelensis</i> Tav.	5
— <i>floridus</i> Tav., n. sp.	131 (*)
— <i>venustus</i> Tav. n. subsp.	133 (*)
— <i>Nobrei</i> Tav.	92
— <i>nudus</i> Adl. gen. ag. (= <i>A. Malpighii</i> Adl.)	89
— <i>pseudo-inflator</i> Tav.	6
<i>Plagiotrochus</i> <i>quercus-ilicis</i> Lichtensteini Kieff.	9
<i>Trigonaspis</i> Mendesi Tav.	11
Clave dichotómica das espécies do gen. <i>Andricus</i> que se criam nos amentilhos dos carvalhos e cujo comprimento não vai além de 3 mm.	137 (*)
Conspectus specierum generis <i>Andrici</i> , quae in floribus masculinis quercuum gignuntur, et quarum imagines et cecidia 3 mm. longitudinis non excedunt.	134 (*)
Conspectus subspecierum <i>Plagiotrochus quercus-ilicis</i> cum typo comparatarum.	10

CECIDOMYIDAE

<i>Ametrodiplosis</i> <i>nivea</i> Tav.	88
<i>Asphondylia</i> <i>scrophularina</i> Tav.	20
<i>Arceuthomyia</i> Kieff.	25
— <i>Valerii</i> Tav.	22
<i>Atylodiplosis</i> Rbs.	79
— <i>ruminina</i> Tav. n. sp.	75
<i>Blastomyia</i> Kieff.	40
— <i>origani</i> Tav.	37
<i>Contarina</i> <i>gallaica</i> Tav.	72
— <i>pimpinellae</i> Tav.	70
— <i>pontevedrensis</i> Tav.	73
— <i>scoparii</i> Rbs.	66
— <i>silenei</i> Tav.	74

(*) Estes algarismos referem-se ao vol. xvi, 1918.

	PÁG.
Coprodiplosis aestiva Tav.	85
— hyperici Tav., n. sp.	82
— Marini Tav., n. sp.	83
— quercus Tav., n. sp.	80
Dietyomyia Tav., n. gen.	25
— navasina Tav., n. sp.	26
— setubalensis Tav.	31
Geocrypta hypericina Tav., n. sp.	41
Janetilla maculata Tav.	45
Macrolabis brunellae Tav.	48
Navasiella Tav., n. gen.	93
— santolinae Tav., n. sp.	34, 94
Parallelodiplosis galliperda Fr. Löw.	88
Perrisia asparagi Tav.	51
— Broteri Tav.	52
— cucubalina Tav., n. sp.	55
— halimii Tav.	60
— Herminii Tav.	58
— ilicis Tav., n. sp.	61
— squamosa Tav., n. sp.	63
Salsolomyia Tav., n. gen.	17
— parva Tav., n. sp.	18
Stefaniola Kieff.	16
— salsolae Tav.	13
Trisopsis hyperici Tav., n. sp.	85

ERRATA

Na pag. 25, última linha, em lugar de *in collo valde longo, in ♀ brevi collo instruuntur*, leia-se: *in ♂ collo valde longo, in ♀ brevi collo instruuntur*.



NOTES DE ZOOLOGIE MÉDICALE
OBSERVATIONS SUR LE GENRE PHLEBOTOMUS

PAR LE DR. CARLOS FRANÇA
Naturaliste du Musée Bocage

C'est aux travaux du Prof. Newstead qu'on doit la presque totalité de nos connaissances sur les Phlébotomes.




FIG. 1 — Phlébotome au repos. (1)

Il est certain qu'en 1907, B. Grassi a publié sur *Phlebotomus*

(1) Toutes les figures ont été dessinées à la chambre claire de Zeiss. Quand l'exemplaire n'est pas portugais, nous le faisons savoir.

papatasi une monographie qui a beaucoup fait progresser nos connaissances sur cet insecte et sur le genre auquel il appartient.

C'est cependant Newstead qui a le mieux fait connaître l'anatomie des *Phlebotomus* et a donné des bases sûres pour la systématisation de ces curieux diptères qui ont une grande importance dans la pathologie, à cause de leur rôle de transmetteurs de la fièvre des trois jours.

Il suffit de consulter la liste des espèces pour voir la contribution personnelle de Newstead.

Dans ce travail, principalement basé sur l'étude des espèces portugaises, nous donnons sur le genre *Phlebotomus* des éléments qui complètent les données, si intéressantes, de Newstead.

Nous tenons à exprimer, ici, notre profonde gratitude à M^r le Docteur L. Parrot qui n'a pas cessé de nous prodiguer des conseils autorisés et de nous fournir des observations très importantes sur les espèces algériennes.

Le genre **PHLEBOTOMUS RONDANI** 1840 (1)

Dans sa note sur les Phlébotomes de l'Inde, Howlett accen-




FIG. 2 — *P. Sergenti Parrot*. Tête vue de dessus. On voit les lignes d'insertion des chetae, les appendices céphaliques et l'écartement des yeux.

